

Paulin Bleau, 'De Gratia Actuali' Sept.-Dec. 1943

Deo Patri sit gloria
Christo, Cuius per Viorginem,
Membra sumus et palmites,
Cum Spiritu Paraclto. Amen.

Deus, in te sperantium fortitudo, adesto propitius invocationibus nostris; et quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, praesta auxilium gratiae tuae; ut in exsequendis mandatis tuis, et voluntate tibi et actione placeamus. Per Dominum (Dom. 1 post Pent.).

[RD: There are pages with 'Breve Schema' (p. 2) and Sigla (p. 3). These are omitted here at least for now.

PRAENOTANDA

1 MOMENTUM tractatus de Gratia (cf. Boyer n. 2)
Ex tribus fontibus deducitur.

(a) EX PRAESTANTIA OBIECTI:

Agitur de donis, habitibus, virtutibus, potentiis, qualitibus et motionibus ordinatis ad procurandam unionem cum Deo ut in se est, scilicet Trino, sub nempe ratione vitae suae intimae, ad visionem scilicet beatificam pertinentibus; quae omnia pretiosissimo Christo sanguine nobis comparantur (Jo 1010) veni ut vitam habeant et abundantius habeant.

(b) EX UTILITATE IMMEDIATA PRO VITA NOSTRA SPIRITUALI.

In hoc enim tractatu illustrantur: Bonitas Dei, altitudo consiliorum eius, dignitas animae humanae, humilitatis fundamenta, necessitas et potentia orationis, felicitas conversationis cum Deo, aliaque innumera quibus mens dulciter nutritur atque roberatur.

(c) EX CONTROVERSIIS:

(1) Catholicorum adversus haereticos cuiusque saeculi in maxime oppositas partes vel admodum subtiles errores deflectentes;

(2) Catholicorum inter se, circa mysteria quae profunditatem gratiae obscuritate sua manifestant. Si quis autem has omnes controversias bonasque solutiones assimilaverit, non parum in theologiam scientiam perretraverit.

2 DE MISSIONE SP. SANCTI: S.Th., 1.43.

3 DE DIVISIONE GRATIAE. p. 1-11 [in B's text]

Gratia multiplici sensu intelligitur. Significat:

(1) benevolentiam, favorem et amorem alicuius pro aliquo. S. Th., 1-2, 110-1.

Gen 6.8; 18.3; Esther 2.15-17; 5.2; 8.3; Lc 1.30; Gen 39.4

(2) recompensationem beneficii accepti:

gratias agere: Lc 17.16; 1 Tim 1.12.

(3) speciem, pulchritudinem, amabilitatem: Prov 22.11; 31.30; Ps 44.3; Prov 4.9

(4) Aliquod donum gratis datum: Ps 144.16; Dt 33.23; Jo 1.16; Act 11.23; Heb 12.15; Eph 3.8; Rom 11.6; etc. etc.

Rom 4.40; Lc 4.22 – 1-2, 110, 1.

Hic sensus fluit ex (1) ita ut quandoque non multum referat unum vel alterum eligere, qui enim amat dat amata; amor consistit in mutua facultatum, rerum et operum communicatione. (Contempl. ad amorem) – In tractatu de gratia, agitur de gratia ultimo sensu intellecta. S.Th., 1.38.2.

Unde in genere gratia est Donum nobis gratis collatum. R 1791, 1807, 1851.

DIVISIO GRATIAE

INCREATA: ipse D., prout se nobis communicat: Jo 4.10 (F. Dei qui datus est nobis); Lc 2.11; Rom 5.5 (S.S. qui datus est nobis); 1 Jo 3.2; [Thomas] 1.38.2: 'Qui habet rationem primi doni.'

Creata: quodcumque donum a Deo distinctum

patriae: 1.12.5

viae:

late dicta: dona naturalia: Gen 1.31; R1443

stricte dicta: dona supernaturalia: Rom 11.6; Dz 1786; R 1939

externa: 1 Thess 2.13; Dz 1784

interna

gratis data (S.Th. 1-2, 111, 4,5)
 gratum faciens (S.Th. 1-2, 111, 1)
 habitualis (2 Pet 1.4; 1-2, 110)
 actualis: 1-2, 109, 6.

Gratia Dei et Christi

Gratia efficax et sufficiens;

Gratia operans et cooperans: 1-2, 111, 2

Gratia praeueniens et subsequens: 102, 111, 3

Gratia elevans et medicinalis

Gratia supernaturalis (quoad substantiam et quoad modum)

4 DE CAUSA GRATIAE

Causa principalis, instrumentalis:

A. DEUS SOLUS potest esse causa efficiens principalis gratiae. 1-2 112.1.

De facto: Dz 799; Is 43.25; Job 14.4; Lc 5.21; Rom 5.5; 1Jo 3.1; R 1515; Dz 134; nemo aliunde si placet, nisi ex eo quod ipse donaverit.

De iure: Utrum possit haec potestas communicari saltem humanitati Christi ut causae principali, Negatur ab omnibus TT.

B. Humanitas Christi et sacramenta sunt causae instrumentales gratiae.

HUMANITAS CHRISTI:

(a) Ut causa meritoris: Dz 799, 820

(b) Ut causa instrumentalis: Jo 1.16-17; R 1838, 1841;

(c) Et, ut videtur, physica: 1-2.112.1m; 3.8.1.1m; de la Taille: Mf 476-522. Matinasi (Greg. 1920: 372-393; 513-557); Greg 1926. 393 (de la Taille); Mersch: Le corps mystique du X: 1. XXIII ss.

SACRAMENTA: 1 Jo 3.5; 6.27-58; Dz 799, 851; 1-2.112.2m.

5 DE MARIA MEDIATRICE

Non nunc ad nos pertinet de universali Mariae quod gratiam hominibus collatam ex professo agere, iuvat tamen ad complementum doctrinae recolere haec praecipua puncta.

(1) Pretium redemptionis a solo Chjrismo solvi poterat; proinde in hoc pretio acquirendo et solvendo, B.V.M. non fuit mediatrix; sed ipsa fuit redempta, hac tamen meliori redemptione, qua a labe peccati originalis immunis praeservata est: Dz 1641.

Cf. Dissertationem Card. Billot, initio ‘Marie, Mère Id Grâce’ a de la Broise et Vainvel.

(2) In applicando autem pretio redemptionis a Christo operatae, seu in distributione gratiarum, Maria est mediatrix, et quidem universali mediatione, ad omnes et singulas gratias nobis concessas pertingente; hoc exsurgit ex suo munere secundae Evae, ex suo titulo matris Christi et hominum. Cf. Breviarum. Supplementum pro Societate: 31 Mais. Dz 1940 a.

(3) Modus autem quo B.V.M. dat nobis gratias non est modus physicus, qualis causalitas instrumentalis, sed consistit in influxu morali; et hic influxus in potentissima virtute intercessionis eius, seu in eius oratione ad Filium suum est collocandus: Maria est ‘omnipotentia supplex.’ Pius X ‘Ad diem illum’ 1904: ‘Patet itaque abesse profecto plurimum ut nos Deiparae supernaturalis gratiae efficiendae vim tribuamus, quae Dei unius est. Ea tamen, quoniam universis sanctitate praestat coniunctioneque cum Christo, atque a Christo ascita in humanae salutis opus, *de congruo*, ut aiunt promeret nobis quae Christus *de condigno* promeruit, est qua princeps [?] largiendarum gratiarum ministra.’

Causalitatis Mariae est ‘affectiva’ non ‘effectiva’;

Pro Maria, ‘impetra re’ est ‘imperare.’

6 DE AUCTORITATE S. AUG. INJ MATERIA GRATIAE:

S. Proleg. 6, n. 17.

MEDULLA eius doctrinae continetur in:

S. Aug.: Epist. 194 ad Sixtum – 33.874-91;

S. Aug.: Epist. 186 ad Paulin. No 1 33.815-33;

S. Aug.: Epist. 217 ad Vitalem 33.978-90;

S. Aug.: De grat. et lib. arb. 44.915-59;

S. Aug.: De natura et gratia 44.247-291

S. Prosp.: Epist. ad Aug. (Epist. 225) 33.10 02-73;

S. Hilar., Arebat. ad Aug. (Epist. 226) 33. 1007-13;

S. Aug. (libri duo his epistoliss resp.)

L. 1. De Praed. Sanctorum 44.95g-93 [sic];

L.2. De Dono Perseverantiae 45.993-1049

Conc. Aransicanum II. Dz. 178 ss.; 3038 s. vel 200 a et b.

S. Aug.: In Joannis Evang. 35. 1379-1977,
In Joan. 35. 1977-2063.

TESSERA [?]: La grâce actuelle, c'est le sourire permanent de Dieu sur nous comme un appel par notre nom à l'Amour. (Parra: Tibériade 104).

Sectio A: DE NECESSITATE GRATIAE

PRAENOTANDA :

De Pelagianismo et de Semi-Pelagianismo. P.R. pp. 38-53; Fliche et Martin: Hist. de l'Eglise, t. 4.

Tres partes in hac sectione. De necessitate gratiae:

- (1) Ad opera salutaria;
- (2) Ad actus honestos ordinis naturalis;
- (3) Ad perseverantiam finalem.

A. – 1. – DE NECESSITATE GRATIAE AD OPERA SALUTARIA

Thesis 1

AD OMNE OPUS SALUTARE INTERNA GRATIA EST ABSOLUTE NECESSARIA.

S.Th. 1-2, 109; P. 92 s.; Suarez: De Gratia, 1.2; Bellarminus: De gratia et libero arbitrio, 1.6, c. 4; W. 291; Hurter, th. 174; Pohle, p. 83 ss.; Van der Mersch, pp. 38-48.

OPUS SALUTARE est actus qui ex se aliquo modo meretur salutem. Scilicet vel de condigno meretur vitam aeternam, vel de congruo quatenus per modum dispositionis moralis positive meretur iustificationem: scilicet credere, sperare, diligere, poenitere, etc., sicut oportet. Dz. 798. PP. Dicunt agere sicut oportet, recte, sicut expedit, ad salutem, ad vitam aeternam.

OMNE: in suppositione universali absque ulla exceptione, quodcumque sit opus, et quodcumque sit subiectum, scilicet tum iustus, tum peccator.

GRATIA: Donum supernaturale a Deo creaturae intellectuali concessum in ordine ad salutem.

GRATIA INTERNA: gratia quae hominem intrinsecus immediate perficit, utpote influens in intellectum et voluntatem, sive habitualiter, sive transeunter.

Contradistinguitur a gratia externa, quae in se est aliquid homini extrinsecum, et illum non immediate intrinsecus perficit, v.g., doctrina, lex, praecatio, etc.

ABSTRAHIMUS a specie huius gratiae utrum scilicet sit sanctificans vel actualis.

NECESSARIUM: (non in quantum opponitur contingenti vel libero sed in quantum opponitur inutili vel superluo) + id sine quo adest impotentia aliquid agendi vel concipiendi. 1, 82.1. Id sine quo aliquid obtineri nequit.

NECESSITAS: indigentia illius sine quo adest impotentia aliquid agendi, vel obtinendi, vel concipiendi; unde variatur necessitas cum impotentia.

IMPOTENTIA PHYSICA: consistit in entitativa improportione et ineptitudine facultatis ad aliquem actum. Haec dicitur impotentia absoluta cui respondet necessitas absoluta.

IMPOTENTIA MORALIS: est improportio exercitii facultatis ad actum secundum communem libertatis usum in re difficili, seu secundum difficultates exercendi in praxi potentiam physicam. Haec dicitur impotentia moralis seu relativa cui respondet necessitas moralis seu relativa. Unde.

ABSOLUTE NECESSARIA: nempe necessitate non tantum morali seu AD FACILIUS posse, vincendo nemque [?] difficultates ratione concupiscentiae inductas, sed physica, propter impotentiam qua natura ipsa est improportionata ad opus salutare, propter eiusdem salutaritatis perfectionem superiorem et proinde necessarium est stricte et proprie seu AD SIMPLICITER POSSE ut creatura eleveltur ad ordinem supernaturalem. P. 72.

Agitur praesertim de actibus deliberatis et electivis.

SENSUS THESEOS:

In quocumque homine etiam iusto, ad quemlibet actum eius vitae connexum cum iustificatione aut beatitudine, rigore necessaria est gratia illa interna propter entitativam improportionem facultatis finitae. Aliis verbis: Potentia naturalis solis viribus naturalibus nequit ullum actum ponere qui sit actus salutaris, seu ‘sicut oportet,’ seu ‘recte.’

Et iteum: Quilibet homo suis viribus naturalibus relictus est physice impotens ad quemcumque actum salutarem ponendum, vel aliis verbis, vires hominis naturales sibi relictas sunt inaptae, inadaptatae, improportionatae ad opus salutare eliciendum.

ADVERSARII:

Pelagiani: p 73-88
 Semi-Pelagiani: P. 88-92
 Sociniani (exunte saec. 16)
 Protestantes liberales
 Rationalistae
 Modernistae – DTC Grâce 1570

NOTA: De Fide Definita. Dz 180, 809.

PROBATUR

1 Ex SS:

A. Jo 15.1 ss (P93)

Ad omne opus salutare, specialis Christi influxus internus est absolute necessarius;

Atqui ille influxus internus Christi specialis est gratia interna;

Ergo ad omne opus salutare gratia interna est absolute necessari.

N.B. Cette allégorie montre qu’il y a communication réelle, physique de la vie du Chef dans les membres ... S’il pouvait y avoir q.q. doute sur la réalité physique de cette communication, la doctrine de la vivification par la chair du Christ suffirait à le démontrer. (Mersch: Le Corps mystique, p. 193 note et Michel dans DTC Jesus X col 1243.)

MAIOR: in hoc loco (cf. Dz 197)

(1) Chrisus pronuntiat nullum hominem ne iustum quidem, quidquam facere posse salutariter absque speciali suo influxu. V. 5.

(2) Agitur ibi de amicis Dei et de gratia permanente, sed a fortiori concluditur opus salutare esse peccatoribus impossibile absque eodem influxu speciali. V. 3.

(3) Agitur de speciali influxu Christi, nam sermo est de eo influxu quem exerit Christus in palmites, quatenus est vitis, nempe Verbum caro factum, nempe ut fundamentum et radix ordinis supernaturalis praesentis (Jo 1.11-14).

(4) Agitur de operibus salutaribus, nam agitur: (P. meus agricola)

(a) de vita qua discipuli secernuntur a mundo et constituuntur amici Christi (v. 15)

(b) Praeterea auxilium speciale Christi semper spectat ad salutem, ut constat ex fine Incarnationis.

(c) Sermo est de iis fructibus quos agricola coelestis et Christus exspectant, desiderant, intendunt et quibus homines probantur palmites genuini tantae vitis.

(5) De omnibus operibus salutaribus. Licet enim agatur de operibus iustorum, mediate tamen et a fortiori de peccatoribus; nam comparatio a Christo adhibita est universalis. Cf. Corlay: Spicilegium II, 301 ss.; Eph. 2.1; 5.8; 1 Cor 2.14. Vide R 1837; Dz 197.

MINOR: Influxus Christi est internus siquidem assimilatur influxui vitis in palmites.

NOTA: Illud argumentum admodum roboratur doctrina Pauli de corpore Christi mystico: Prat: 1.343 ss.; 2.359-70.

B. – Omnis actus salutaris revocari potest ad cogitare aut velle aut perficere sicut oportet.

Atqui nemo potest quidquam cogitare, velle, aut perficere sicut oportet absque gratia interna.

Ergo ... (P. 93).

MINOR:

Cogitare, v.g. 2 Cor 3.5; Rom 9.15 ss.

Velle et perficere: Phil 2.13; 1.6; 1 Cor 12

Gratia interna: 1 Cor 3.4 ss.

Alia loca: Cf. p. 94; Hurter th. 174; DTC Grâce, 1593 [?]; Corlay: Spicileg. 2.284; Prat: 2.266 ss.; 1.252-82.

C. (1) Ex necessitate orationis: v.g. Mt 7.7; Lc 18.1
 (2) Ex necessitate regenerationis: Jo 3.5 ss.; 6.66 etc.
 (3) Ex inhabitatione Spiritus Sancti: Jo 14.23 – caritas supponit gratiam.
 (4) Ex S. paulo, Doctor gratiae, passim: Rom 3.26 ss.; Quia Rom 5.15; Gal 3.22; Eph 2.5; 13.

2 EX DOC ECCL.

Dz 103 ss; 126 s; 130-135; 176-182; 191 s; 193 (in nobis sine nobis), 195, 200, 793 ss, 797, 811-3, 898; 1521; 2163

3 EX PRAXI ECCL.

Vide Orat. fer. 6ae Hebd. Stae. Dz 139, 140, 2200; (R 1934); Missa de Prop. fide; In Brev: Orat ad Primam: Dne. D. omnipotens; Orat 3a et 8a Dom. post Pentecosten; Actiones nostras (cf Dz 806 in nota).

4 EX PP: Vide P 95

Post S. Aug. requirunt gratiam internam non tantum ut sanetur natura (facilius posse), sed ut elevetur (simpliciter posse). Polhe p. 89s; DTC Grâce 1574 ss.

v.g. R. 220, 348, 558, 1003, 1153, 1219, 1302, 1455 s., 1569, 1719, 1733, 1791, 1821, 1832, 1835, 1855, 1883, 1890, 1899, 1902s., 1914, 1936 ss., 1954, 1966, 2004, 2200, 2202, 2243, 2272, 2276, 2359. RA. 782, 887, 1041 ss. (graec;) Dz. 182-199.

5 RATIONE THEOLOGICA: 1 – a. 109.2ss.; 3 CG 147 s.

A. – Actus perducentes ad finem supernaturalem debent esse fini supernaturali proportionati;

Atqui finis hominis in ordine praesenti superat eius naturam;

Ergo actus ducentes ad finem eius superant eius vires; unde eius vires augeri debent auxilio speciali indebito, scilicet (Pohle 93)

B. – Etsi S. Th. agit de actibus salutaribus de condigno meritoriis valet a fortiori de actibus salutaribus de congruo meritoriis, siquidem ratio est eadem scilicet improportio.

DIFFICULTATES: W 294; Lahousse p. 33 ss.

C. VIS SOLUTIONUM: Natura humana sibi relictata est physice imprens ad actus salutare.

TESSERA: Quis te discernit? Pour le bien, c'est Dieu; pour le mal, c'est moi ... Il n'y a d'initiative divine qu'à l'égard de l'être. Or qui parle de péche parle d'une privation d'être. Tout le bien vient de Dieu, et en vient totalement, sans laisser que ? notre oeuvre, l'oeuvre de notre liberté. Le mal ne vient que de nous ... Notre initiative dans le mal n'empêche pas que le bien soit d'initiative divine. (de la Taille: RSR 1928, 21ss.).

THESIS 2

ETIAM AD INITIUM FIDEI ET DESIDERIUM SALUTIS GRATIA INTERNA EST ABSOLUTE NECESSARIA.

S.Th. 1-2, 109.6; P97ss; B. De gratia et lib. arb. 1 cc. 1-4; S. De Gratia 1 2. cc 3 ss; Beraza p. 164 ss; Mazella a 27-5; Hugon: De Gratia: 89-92; d'Arcy: The nature of Belief pp. 323 ss.

NOTIONES PRAEVIAS

Inter actus qui ad fidem formalem conducunt quattuor distijngui possunt quorum duo priores pertinent ad intellectum, duo posteriores ad voluntatem.

1 IUDICIUM CREDIBILITATIS: Revelatio est credibilis.

2 IUDICIUM CREDENTITATIS SPECULATIVUM: Video, intelligo revelationem esse credendam.

3 IUDICIUM CREDENTITATIS PRACTICUM: Mihi ... debeo credere.

4 PIUS CREDULITATIS AFFECTUS: Volo ut credam.

1 IUDICIUM CREDIBILITATIS (credibile est).

(a) Quoad praeambula fidei (Theodicea) non videtur ullo modo requiri gratia saltem per se; tamen moraliter necessaria est gratia externa, scilicet revelatio. Dz 1796.

(b) Quoad motiva credibilitatis quae ope historiae criticae et philosophicae investigari debent, per se non videntur gratiam internam requirere. Dz 1790, 1794, 1812, 1813.

2 IUDICIUM CREDENTITATIS SPECULATIVUM non videtur requirere gratiam; scilicet supposito iudicio credibilitatis, planum et naturale est ut ratio pronuntiae: video esse credendum.

‘Ratio declarat evangelicam doctrinam mirabilibus, quibusdam signis tanquam certis certae veritatis argumenti vel ab ipsa origine emicuisse’ (Leo XIII: ‘Aeterni Patris). Ex iudicio certo credibilitatis naturaliter, sequitur iudicium credentitatis speculativum; quod confirmatur ex experientia aliquorum conversorum. Cr. R. Thom. 1918: oct. ss; Mainard: La psychologie de la conversion.

Non tamen negatur Deum posse dare gratiam internam ad haec duo iudicia elicienda. P.8.171ss.

3 IUDICIUM CREDENTITATIS PRACTICUM absolute requirit gratiam internam. R. 1920: cogitatio practica: mihi ‘esse credendum’ debetur gratiae; idem in

Dz 178: initium fidei;

Dz 194: cognoscere quid faciendum sit;

Dz 135: sancta cogitatio, pium consilium;

Dz 180: cogitare ut expedit.

4 PIUS CREDULITATIS AFFECTUS absolute etiam requirit gratiam internam. Dz 139, 178, 200 fine; 141, 179; cf Officium feriae sextae in Hebd. Sancta.

FIDES (in genere): assensus firmus in aliquod enuntiabile propter auctoritatem dicentis.

Esse potest naturalis vel supernaturalis.

Hic agitur de fide supernaturali.

INITIUM FIDEI: i.e. fides inchoata, fides in fieri seu in via: quae distinguitur a fide formali seu fides in facto esse.

FIDES FORMALIS: Ea qua credimus quae divinitus revelata sunt ab auctoritatem Dei revelantis.

Ut actus

Ut virtus: Dz 1789

FIDES INCHOATA comprehendit:

(1) IUDICIUM CREDENTITATIS PRACTICUM, i.e. actum intellectus practici, quo, perpensis motivis, iudicamus nobis credendum esse; est scilicet iudicium practicum credulitatis affectum. (Dz 178).

(2) PIUM CREDULITATIS AFFECTUM, i.e. actum voluntatis imperantis fidem formalem.

DESIDERIUM SALUTIS: seu initium iustitiae, in hoc consistit quod homo ad gratiam obtinendam desiderat, quaerit, orat, conatur illam obtinere. Dz. 176 (invocatio); 177 (Purgari velimus); 139, 141, 134.

N.B. Agitur in thesi de dispositione positiva; postea de dispositione negativa, utrum de facto existat.

DISPOSITIO: id quo aliquid plus minusve proxime constituitur idoneum ad aliquid suscipiendum. (Proportio subiecti ad aliquid.)

PHYSICA: id quod materia (subiectum) plus minusve constituitur idoneum ad formam suscipiendam.

MORALIS: id quod, valore suo, movet aliquem ad aliquid conferendum.

POSITIVA: id quod ex se ordinem habet ordinem habet ad aliquid recipiendum.

NEGATIVA: id quod se habet ad modum removentis prohibens.

SENSUS THESEOS:

Etiam ad fidem inchoatam, quae, iuxta doctrinam catholicam, constat iudicio practico credulitatis et actu voluntatis imperantis fidem formalem, necessaria est, necessitate absoluta, gratia interna entitative supernaturalis, quam nullum unquam praecessit meritum subiecti vel dispositio positiva.

Aliis verbis, conversio non debetur nec intellectui, nec conatibus voluntariis, nec affectioni alicui (parens, mater, etc.) nec influxui anonymo animae collectivae, nec hysteriae, neurosismo (Protestant revivals), nec sub-conscio, sed unice gratiae internae supernaturali.

Unde in hac thesi nec affirmatur nec negatur hominem lapsum, per ... motivis credibilitatis, posse solis virtutibus naturalibus naturaliter 'velle credere' et quodammodo petere salutem.

Sed negamus hos actus esse tales ut Deum determinent ad gratiam conferendam; homo scilicet nequit ex seipso cognoscere quod sit credendum, eo modo quo fides divina credit, i.e., ex sola Dei auctoritate.

ADVERSARII: Semi-Pelagiani.

NOTA: DE FIDE DEFINITA. DZ 176-78, (812-5).

PROBATUR:

(1) Ex SS: S. Ioannes et S. Paulus asserunt fidem et iustificationem ita esse donum Dei ut nemo possit illas habere absque interno auxilio divino, neque possit gloriari quasi ex suis operibus illas mereretur.

Ergo ad initium fidei.

Antecedens: (Omnes textus inveniuntur in Dz. 199.)

1 Cor 4.7, 11-14: Dz. 179, 199; R 1734, 1981 ss.; 2022, 2071, 2253;

Io 8.44s.: Dz. 181, 3039; (200b); R. 1105, 1890, 2034;

Io 8.64 ss.; R. 1906, 1946;

Phil 1.29: Dz. 178, 199, 2029; R. 1979;

Eph 2.8s.: Dz. 178, 199; R., 1204, 2159, 2163;

Rom 11.35; 8.15, 26; 1 Cor 7.26; 12.3; 2 Cor 3.5;

Phil 2.12

Heb 12.2; Act 13.48; 16.17

(2) Ex Doc Eccles.: Dz. 104, 135, 176-8;

(a) ad initium fidei: Dz. 141, 199, 797s.; 1376ss.; 1522, 2103, 3038s.

(b) ad desiderium salutis: Dz. 139, 177, 198, 798, 878, 1520

(3) Ex PP: R. 114; 808, 963, 1165, 1177; 1450, 1569, 1571; 1734, 1736, 1936, 1940, 1968, 1978, 1981s., 1984, 2001, 2004-7, 2034, 2045, 2153, 2227, 2243. 2246, 2278. DZ. 105, 135, 176ss., P. 98, Pohle 102s., Palmieri, th. 26, p. 192

(4) RATIONE THEOLOGICA constat, nam initium fidei et desiderium salutis sunt actus ducentes ad salutem supernaturalem, ideoque superant vires naturae – cf. th. praeced.; 1-2, 109.6; Dz. 798.

SCHOLION 1: Quae gratia sit necessaria et quomodo. P. 101 ss.

Requiritur:

1. gratia interna: Dz 104 R1890;
 2. gratia interna illuminans intellectum: Dz 180;
 3. gratia interna inspirans voluntatem: Dz 135;
- Quae necessitas est absoluta et physica: Dz 105;
 Et hoc etiam in ordine iustitiae originatis: Dz 192;
 Gratia externa praedicationis est conditio ordinaria cui Deus annectit gratiam internam; Act 5.20; 1 Cor 4.14

SCHOLION 2: De ‘adiutorio sine qua non’ et de ‘adiutorio quo’ apud S. Aug. P. 103-109.

1 Jansenius

- A.s.q.n.: gratia sufficiens quae post lapsum non sufficit: Dz. 1295s.
 A.q.: Delectatio victrix.
 Explicatio certe falsa quia S. Aug. loquitur de dono perseverantiae.

2 Zacharia (P. 103):

- a.s.q.n.: check Latin
 a.q.: check Latin

3 Pesch (103):

- a.s.q.n.: gratia praeveniens, seu gratia elevans in actu primo;
 a.q.: gratia adiuvens, seu gratia elevans in actu secundo.

4 Lubac (R.S.R. 1931. 524s.)

- a.s.q.n.: gratia elevans, seu gratia ante lapsum;
 a.q.: gratia sanans, seu gratia post lapsum;

5 Portalie (DTC Aug 2394) et Boyer RSR 1930 499s.

- a.s.q.n.: posse perseverare ‘de iure’
 a.q.: posse perseverare ‘de facto’

DIFFICULTATES: P Comp. 249; P. 99; Beraza n 205; Max n. 298 ss.

CLAVIS SOLUTIONUM:

- 1 Homo sibi relictus est physice impotens ad omnem actum salutarem.
- 2 Agitur in thesi de dispositione positiva.

TESSERA:

Les théologiens disent bien à propos, qu'il faut avoir 'piam motionem,' pour donner consentement aux propositions de notre foi; il faut que la volonté s'amolisse et qu'elle quitte sa dureté naturelle: ce qui se fait par un doux souffle ou mouvement de Saint-Esprit, lequel nous induit à croire.

Je vois tous les jours des hommes convaincus sur cette vérité, que notre créance est bonne, qu'elle est sainte, qu'elle est conforme à la raison, et après tout cela, ne voyant aucune conclusion de ces prémisses, je m'écrie: Qu'avons nous fait à Dieu pour nous avoir donné la Foi, qu'a tant de peine d'entrer dans l'âme de ces pauvres sauvages. (P. Lejeune, dans 'Relations des Jésuites' (1634-6): édition ... vol. 8 p. 272.

.....

THESIS 3: ETIAM HOMO HABITIBUS SUPERNATURALIBUS INSTRUCTUS INDIGET AUXILIO GRATIAE ACTUALIS AD OMNEM ACTUM SALUTAREM.

GRATIA ACTUALIS est auxilium supernaturale **TRANSIENS**, gratis a Deo datum ad bonum faciendum et malum vitandum. Dicitur **ACTUALIS** quia solo actu absolvitur, non autem per modum habitus, ut quid permanens v.g. gratia sanctificans, virtutes infusae, etc.

Iamvero gratia illa triplex munus nota est adimplere; potest scilicet considerari:

1 **UT ELEVANS** in quantum scilicet dat physicam potentiam ponendi actum salutarem, ut v.g. in hoc peccatore.

2 **UT SANANS** in quantum scilicet medetur vulnera inflicta a peccato originali scilicet ignorantiam intellectus, malitiam voluntatis, infirmitatem irascibilis (fortitudo), concupiscentiam concupiscibilis (temperantia). 1-2.85.3. Illud munus non adimplet nisi in ordine lapsio.

3 **UT MOVENS** in quantum scilicet est physica et immediata motio a Deo immissa in facultatem ut producat ipsum 'esse' supernaturale actus salutaris.

Sub hoc aspectu, gratia actualis est concursus Dei supernaturalis et correspondet concursui Dei naturali necessario ad omnem actum naturalem creaturae. (P. 3 69ss.)

HOMO ... INSTRUCTUS est homo iustificatus seu ornatus gratia sanctificante et aliis donis supernaturalibus quae per modum habituum a Deo infunduntur in animam iusti simul cum caritate.

AD OMNEM ACTUM SALUTAREM: scilicet ad ponendos actus qui his habitibus supernaturalibus respondeant, requiritur, praeter concursum Dei generalem et

principia illa supernaturalia operativa quae sunt habitus, actualis et supernaturalis tum illuminatio intellectus, tum inspiratio voluntatis, tum motio supernaturalis, ut actus illi sint supernaturales; requiritur scl. in singulis actibus salutaribus, sumptis praecise quatenus supernaturales sunt.

INDIGET: non quidem ut elevetur (iustus enim iam elevatur per gratiam sanctificantem) neque semper ut sanetur (quod fingi nequit nec in Christo nec in BVM ut a Deo moveatur ad agendum supernaturaliter, S.Th. 1c.;

SENSUS THESEOS. Ad omne opus supernaturale virtutis infusae, praeter influxum virtutum, requiritur concursus Dei actualis supernaturalis, seu motus supernaturalis initialis Dei.

Hic autem concursus Dei supernaturalis habet veram rationem gratiae actualis, EXCITANTIS quidem si agitur de supernaturali Dei concursu initiali, ADIUVANTIS autem si agitur de supernaturali concursu Dei continuato seu perseverante usque ad actum in actu completum.

ADVERSARIII.

Molina, alii, Bellerminus (sec. quid) P. 109.

Nobiscum sentiunt: S.Th, Bonaven., Aegidius, Capreolus, Suarez, Jo. a S. Th., Vasquez, Pazz, Pesch, Jansens, Hugon, Beraza, Billot, Pègues, de la Taille, Boyer etc. etc.

NOTA. Probabilior, communior et conformior documentis Eccl. Metaphysice videtur aequae certa ac thesis de concursu Dei supernaturali in ordine naturali.

PROBATUR

1 Ex SS.

(a) In locis iam citatis, praesertim 2 Cor 3.5 (cogitatio), Phil 2.15 (velle, perficere), 1 Cor 12.2 (locutio), 1 Cor ... (labor), 2 Thes 2.15-16 (opus, sermo), Heb 13.21 (omne bonum), gratia dicitur absolute necessaria ad omne opus salutare.

Atqui in his locis agitur de iustis, et gratia de qua est sermo videtur gratia actualis siquidem ad actus spectat.

Ergo etiam homo habitibus supernaturalibus instructus indiget auxilio gratiae actualis ad omnem actum supernaturalem.

(b) Ex Io 15.5 coll. cum Dz 809 (Van Novrt no 39)

‘Virtus autem quae iugiter influit, quae actus iustorum praecedat, comitatur, subsequitur omnino intelligenda videtur de gratia actuali, nec solum adiuvante, sed etiam excitante, quum bona opera praecedat.

Praeterea docetur physica necessitas huius gratiae quum sine ea opera iustorum nullo pacto salutaria, esse queant. ‘Sicut sol iugiter debet ut planta crescat: Sol incrementum dat. (1 Cor 3.6)

2 Ex CC.: Dz 197, 182s., 134, 141, 191, 200, 135 (Zozimus), 809 (Christus iugiter influit in iustis).

Conc. Moguntinum (de Guibert 346 2nd par)

Non enim secundum humanas vires aestimanda sunt justificatorum opera, sed secundum eam gratiam, quam in ipsos influit Christus, ex qua deinde bona ipsorum opera promanant, et secundum eam dignitatem quam de Spiritu Sancto, velut OMNIS BONI OPERIS MOTORE ET OPERATORE sumunt. Sic enim extenuandae vires humanae, ut non simul et gratia Dei vilis reputetur; sic in BONO OPERE faciendo deprimenda est facultas hominis, ut interim cogitemus Spiritus Sancti MOTUM ET IN nobis EFFICACEM, et apud Deum acceptum et pretiosum esse. Vide Palmieri p 210 ss.

3 EX LITURGIA

In Brev. Off. S. Patricii (17 mart.) lec.6;

In Missali: S. Martini (11 nov.); Dz 606 nota 1.

4. EX PP.

S. Aug. in Epist. ad Paulinum: ‘Fateatur gratiam Dei et ADIUTORIUM etiam ad singulos actus dari’ (Ep.186.Pg33.828). In Ep 217 ad Vitalem 33.984; Gratiam ‘maioribus ad singulos actus dari’. Principium illud Aug. est absque ulla restrictione nec agit tt. de gratia sanctificante. v.g. R1556, 1572, 1573, 1792, 1942; 2159, 2201. P. III.

5 EX TT. v.g. Billot: de gratia III in nota.:

PP., Augustino duce, contenti fuerunt asserere in progressu controversiae pelagianae, S.Sae doctrinam interpretantes, gratiam, illam quae ad singulos actus datur, consistere in actuali atque interna motione tum intellectus, tum voluntatis.

6 EX RATIONE THEOLOGICA: (1-2.109.9 et Cf a.1)

Requiritur scl. ad determinandum exercitium supernaturale facultutum.

(a) Homo habitibus supernaturalibus instructus constituitur in actu primo ad supernaturaliter operandum; atqui qui est in actu primo ad operandum, non tt. indiget motione ab obiecto supernaturali recepta, sed et motione Dei interna ad actu operandum, et quidem motione proportionata ac tui;

Ergo ...

Cf. Terrien: Grace et gloire: 2.56ss.

(b) EXPERIENTIA.

Vita nostra supernaturalis est ascensio ad montem qui est D. Jam vero, ut norunt Alpinistae, quo quis magis accedit ad apicem montis, eo maior difficultas ascensionis, et nonnisi spes proximae victoriae sustentat eorum vires; nec aliter videtur esse in vita spirituali supernaturali. Vide de la Taille in RSR 1919.287 in nota et Rev. Apol: t. 33. 350. Inde necessitas constans orationis et consequenter gratiae actualis.

DIFFICULTATES: DTC 1680; Beraza n 223.

CLAVIS SOLUTIONUM. In omni actu supernaturali requiritur *gratia actualis* saltem ut movens.

TESSERA. 'Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praeveni et adjuvando proseguere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat et per te coepta finiatur.'

A,2. DE NECESSITATE GRATIAE AD ACTUS HONESTOS ORDINIS NATURALIS

PRAENOTANDA de erroribus Reformatorum, Baianorum, Jansenistarum. P 113-120

DTC : Articles Luther, Calvin, Baius, Jansenius.

Jansen: Baius et le Baianisme.

Ricard: Les premiers Jansénistes.

RS R: Deux augustiniens fourvoyés: 1931.422ss(Baius); 513ss (Jansenius).

de Maistre: de l'Eglise Gallicane L 1. c 5 p 40:

Que si l'on veut considerer Port-Royal comme un corps proprement dit, son éloge sera court: Fils de Baius, frère de Calvin, complice de Hobbes et père des convulsionnaires, il n'a vécu qu'un instant qu'il employe tout entier à fatiguer, à braver, à blesser et l'Eglise et l'Etat. Si les Pascal, les Arnauld, les Nicole avaient pu voir dans un avenir tres prochain les effets de leur doctrine, ils seraient morts de

honte et de repentir, car ils étaient honnêtes et fort éloignés, comme tous les novateurs, de prévoir les conséquences du premier pas fait contra l' autorité.

FONS OMNIUM ILLORUM errorum est usus methodi exclusive positivae edt contemptus systematicus metaphysicae et praesertim metaphysicae scolasticae.

Jansen: Baius et le Baianisme pp 27-36.

Mersch: Le corps mystique du Christ 2.239-245; 298-303. Cf. 2 pp. 76s.

DOCUMENTA ECCL.

A 1567: 'Ex omnibus afflictionibus': Dz 1001-1080,

CCMMA. PLANUM: Dz 1080 et nota.

a. 1653: 'Cum occasione' Dz 1092-1097.

a. 1690: Decretum Si.Offici: Dz 1291-1322,

a. 1713: 'Unigenitus': Dz: 1351-1452.

a. 1794: 'Auctorem fidei': Dz 1516-1527

Haec materia de necessitate gratiae ad actus honestos ordinis naturalis, absolvitur respondendo duabus quaestionibus:

1. - Quid homo lapsus possit per soles vires naturales. P.120-147

2. - Quid homo lapsus non possit sine auxilio gratiae: P. 147-185

I - QUID HOMO LAPSUS POSSIT PER SOLAS VIRES NATURALES

Thesis 4: Homo lapsus sine auxilio gratiae actus naturaliter honestos ponere.

S.Th.1-2,109, 2; 2-2,10,4; P.120ss.; Bellarminus: De grat et lib.arb.,1.5, c. 4, 9-13; Suarez: De grat. 1.1. cc. 2, , 6, 7; Mazzella, 453 s.; Beraza, n.329.

N.B. In tractatu de vera religione videtur quid intellectus possit: Dz. 1785s., 1806s. Hac quaestione transmissa, quaeritur in thesi quid possit voluntas sine gratia. Dz. 1794.

POTEST: i.e. habet vires tum physicas, tum morales.

HOMO: i.e. homo historicus, abstrahendo ab hoc utrum sit in statu infidelitatis, peccati vel iustitiae, i.e. homo lapsus, per Xtum redemptus .

ACTUS NATURALITER HONESTOS: i.e. actus conformes legi naturali, i.e. lumini rationis sibi relictas, dictantis quid faciendum, quid omittendum sit.

Talis actus neque haberet valorem meriti supernaturalis, neque esset peccatum.

Ad talem actum duae requiruntur condiciones:

1. finis operis bonus i.e. actus in se;
2. finis operantis bonus, ut scilicet actus bonus non retrahatur a sua nativa indole per positivam intentionem perversi finis.

(LEX AETERNA: voluntas divina ordinem naturalem servare iubens et perturbari vetans.)

(LEX NATURALIS: participatio legis aeternae in homine.)

Quaestio est DE JURE, non DE FACTO; abstrahimus scilicet a quaestione utrum in hoc ordine providentiae, sint actus illi entitative supernaturales an non.

GRATIA: donum supernaturale.

SENSUS THESEOS:

Utrum sine auxilio gratiae sit in homine potentia tum physica, tum moralis interdum ethice bene agendi, imo et naturaliter superandi quasdam tentationes.

Respondetur; homo lapsus potest sine gratia aliquod bonum particulare facere: hoc saltem de iure. Utrum de facto, abstrahitur.

ADVERSARII:

1 - Hussius, Wyclif, Lutherus, Calvinus, Baius qui docent hominem sine gratia justificante (caritate) non posse nisi peccare; quod quidem est contra fidem definitam: Dz. 642, 817; cf. 776, 1027-1031, 651, 770.

2 - Jansenius, Quesnellus., Pistorienses, docent saltem gratia fidei requiri ut aliquis actus non sit peccatum. Dz. 1293, xxx ss. Quod etiam damnatum est, non tamen explicite ut haereticum. Dz 1025. DTC. Baius, 43s. Dz. 1298.

3 - Augustinienses. P.143; DTC.: Augustinisme; Baius col.35 fine. Scd. ipsos, homo lapsus potest actum bonum ponere ex fine proximo, non ex fine ultimo, quia putant inter actus bonos et peccata, dari actus indifferentes. (Cf. p3.6G4s; 1-2.18.9.)

4 - Vasquez, Ripalda negant hominem lapsum elicere posse actum undequaque bonum sine speciali auxilio.

NOTA: De fide est quod non omnes actus qui sine gratia fiunt sint peccata. Ut stat: Vera et certa (Nulla censura imposita.)

PROBATUR:

1 - EX DOC ECCL.

(a) INDIRECTE:

Dz. 642, 817,1035,1298,1523; Unde sic arguitur: Non datur actus indifferens in individuo; (1-2.18.9; p.3.644ss). Atqui non omnis actus hominis lapsi sine gratia elicitus est moraliter malus; Cf. de la Taille: Greg.,1926. 30s . Ergo aliquis actus eius est moraliter bonus.

(b) DIRECTE: Dz. 1027,1037,1065,1352,1389s., 1534.

Ex SS.: simul cum PP.:

Rom. 2.12-15 (Cornely xxx) et R.1733. Verumtamen;1905; Dz 1022; P. 122.

3 - EX PP.:

(a) Quando CC. et PP. loquuntur de necessitate gratiae semper restringunt necessitatem illam ad actus salutes, actus scl. 'sicut oportet', 'sicut expedit', 'prout convenit', 'recte', 'ad salutem, pietatem, justitiam, sanctitatem veram',

(b) Actus illis absque gratia vocantur a PP. 'sterilia', 'praeter viam', 'inania ad vitam aeternam', 'qui non prosunt' imo 'mala'; 'falsa virtus', 'informis virtus' .

(c) PP. qui scripserunt contra Pelagianismum ut S. Aug. Prosper, S. Fulgentius (P.122) hanc potestatem tribuunt naturae humanae. V.g. R.1162, 1220, 1526, 1733, 1795, 1809, 1905 (Dz. 1524) 2244s. 2272, P.122; Pohle, pp. 58 s.

4 - EX TT.: 1-2.109.2. Consentunt paucis exceptis.

5 - ADDE quod in utroque Testamento nonnulla facta peccatorum et infidelium laudantur quin nil indicet ea cum gratia fieri: Mt. 3.46; praemiantur: Ez 29.20; Is 45.

6 - RATIONE THEOLOGICA

(a) Impossibilitas ponendi actus aliquot naturaliter honestos sine auxilio gratiae proveniret vel ex impotentia physica vel ex impotentia morali; atqui neutrum dici potest. Ergo.

M. Patet, 'quia nulla alia impotentia excogitari potest.'

MINOR;

aa) Non datur impossibilitas physica; talis actus est naturalis; unde proportionatur viribus naturalibus; per peccatum originale, nec lib. arbit. periit, nec natura totaliter physice mutata est et depravata. Unde: Quod praeceptitur lege naturali est conforme rationi, quum lex naturalis sit ipsum dicamen rationis;
Atqui praeceptum conforme rationi non jubet impossibilia;
Ergo praeceptum legis naturalis non est homini physice impossibile.

bb) Neque impotentia moralis quia quaedam sunt ex his praeceptis quae nullam praebent difficultatein ut praeceptum amandi parentes, vel alia huiusmodi. Dz. 1030.

b) Secus nattra lapsa dicenda esset intrinsece et totaliter corrupta, quod non est. Cf. Tract. de Pecc. originali.

c) Repugant ens quod nullum actum posset ponere consentaneum naturae suae.

COROLLARIUM I. PRACTICE sequitur opera bona, praesertim publica hominibus placentia, non esse signum certum amicitiae cum Deo.

COROLLARIUM II. DE FACTO dantur actus naturaliter honesti.

SCHOLION I. De sentiis Vasquesii et Ripaldae. P.126s; DTC Grâce 1581; Pohle 68; Mazella 461 ss; Boyer: De Gratia; videntur esse contra Dz 1034,1524.

SCHOLION II. Num homo solis viribus naturalibus possit Deum diligere super omiia. P.128ss; DTC. Grâce 1585ss. - 1-2.109.3.

DIFPICULTATES: P.123; P.Comp 217; Beraza n 346ss. P .n 307 Inst.

CLAVIS SOLUTIONUM.

Per peccatum originale natura nostra non fuit essentialiter corrupta nec funditus depravata et proinde, saltem de iure, homo habet potentiam physicam et moralem interdum ethice bene agendi.

TESSERA

A l'origine du protestantisme, croyons-nous, A l'origine aussi des autres hérésies et erreurs dont nous aurons à parler, se trouve un présupposé latent. C'est lui que nous voudrions considérer pour commencer.

Il est d'ORDRE MÉTAPHYSIQUE. Aussi bien, la règle est-elle générale; C'EST DANS CES REGIONS REÇULÉES QUELES DÉFINITIONS THÉOLOGIQUES s'amorcent tout d'abord, même lorsque, au premier coup d'oeil, elles ne paraissent pas remonter si loin.

Ici, le présupposé porte sur les rapports entre le monde et Dieu.

Or, la connaissance du rapport entre le monde et Dieu, pour autant qu'elle est accessible à la raison naturelle est affaire de métaphysique.

D'autre part, aux études de métaphysique, peu d'époques étaient aussi mal préparées que celle où s'est formé le protestantisme. C'est alors que le nominalisme envahit les écoles, et le nominalisme, comme on sait, est une attitude de défiance devant l'APRIORI, devant ce qui constitue l'APRIORI PROPRE DE L'ESPRIT dans la connaissance humaine, et, en même temps une attitude de confiance devant la perception sensible et devant l'expérience. Disposition excellente évidemment, dans le domaine des sciences expérimentales; mais disposition défectueuse – quand il s'agit des objets de la pensée pure. Si le souci est de s'en rapporter sans cesse aux constatations empiriques, que pourra-t-on encore dire au sujet des réalités spirituelles et spécialement au sujet de Dieu et des rapports du monde avec Dieu. (Le corps mystique du Christ - Meersch - 2.239s).

Thesis 5: Non omnia opera quae facit homo in statu peccati aut infidelitatis peccata sunt.

S. Th. 1-2, 109, 2; 2-2, 10, 4; S. 11. c 4 ss; P 132s; W302 ss; Beraza 311 ss; Polhe 73s etc.

STATUS est modus quo res aliqua se habet.

STATUS INFIDELITATIS est status eorum qui nondum credunt fide supernaturali.

INFIDELITAS potest esse positiva scilicet culpabilis, vel negativa scilicet inculpabilis.

Infidelitas negativa vel agnoscit verum Deum v.g. haeretici materiales, Iudaei, Mahometani, aliquot fortasse pagani, vel non, sicuti idololatras et athei.

ACTUS INFIDELIS: 2-2, 10, 4.

STATUS PECCATI est status eorum qui habitualiter sunt aversi a Deo fine ultimo supernaturali.

ADVERSARII

1 Wiclef, Hus, Lutherus, Calvinus.

Omnia opera cuiusvis hominis sunt peccata.

2 BAIUS: Duo tantum status possibles et quisque necessario agit iuxta statum illum; status scl. necessitantis caritatis aut iustitiae aut status necessitantis cupidinis aut iniustitiae.

3 IANSENIUS: Unusquisque necessario agit secundum delectationem terrenam seu concupiscentiam (= peccatum) vel scd. delectationem coelestem (= gratia).

4 AUGUSTINENSES. Practice loquendo, infidelis in omni opere venialiter saltem peccat. Scd. ipsos debemus actus nostros referre ad Deum propter se dilectum. Ad hoc requiritur delectatio victrix infallibilis non necessitans quae non datur infidelibus. Ergo infidelis plerumque ratione finis ultimi committit saltem peccatum omissionis.

Cf. W.382; Beraza 311s. P. 132, Dz. 1394, 1395, 1398; 1035, 1040, 1027, 1294s., 1297, 1298, 1301.

SENSUS THESEOS

In thesi praecedenti abstraximus a quaestione utrum homo agens in statu gratiae aut saltem fidem habeat, quamvis argumenta valerent etiam pro homine peccatore et infideli. Haec thesis ponitur praesertim contra Baianos.

Quaestio scl. non est tt. de facto, sed de iure; utrum scl. opus, eo ipso quod est opus peccatoris aut infidelis, sit peccatum; agitur, ut patet, de peccato formaliter sumpto non tt. materialiter vel improprie accepto.

NOTA: (1) Quoad PECCATORES: in quantum scl. docet fieri posse opera bona ante iustificationem, i.e. in process iustificationis: DE FIDE DEF. Dz. 798.

(2) Quoad INFIDELES – Contra Iansenistas: In quantum scl. docet etiam ab infidelibus fieri posse opera quae non sint peccata, sed moraliter honesta:

THEOLOGICE CERTA.

(3) Contra AUGUSTINENSES: MORALITER CERTA.

N.B. – Si agitur de facto, abstrahimus utrum haec impeccantia in aliquibus casibus sit ex gratia vel non.

PROBATUR

1 EX SS.

(a) In SS

1 Saepe laudantur peccatores et infideles propter opera quae gerunt: Ex 1.15ss. (obstretices Aegyptiae timerunt Deum; Heb 11.31, Jos 2.1ss (Rahab meretrix); Is 44.28 – 45.8 (Cyrus);

2 Invitantur ad eleemosynas dandas, ad conversionem, ad poenitentiam faciendam: Eccl 21.1 (peccatore); Ez 18.30 (Peccatores); Dan 4.24 (Nabuchodonosor); 2 Mac. 1.4ss (Iudaei dispersionis); Mt 5.46 (Publicani); 2 Parall 36.22ss (Cyrus).

3 Proponuntur exempla Manassis; Samaritani: Lc 10.33; Zachaei: Lc 19.2ss;

1 Cor 2.4-6 (sapientia hominum); Act 17.26-28; Sap 13.1ss. (Quaerere Deum).

(b) Rom 2.14ss. P139, 142. Dz1022.

Supponit scl. Apostolus Gentiles aliqua praecepta legis naturalis servare, etsi non dicat utrum sit cum gratia vel absque gratia, etsi docuit in Rom. 1.21ss. non potuisse integram legem naturalem servare, immo ne quidem principaliora praecepta.

2 EX DOC ECCL.:

Dz. 642, 817, 1022, 1025, 1027-31, 1033, 1037s., 1040, 1092, 1294, 1297, 1298, 1301, 1304, 1351, 1389, 1395, 1409, 1523s.

3 EX PP.: P. 136/

(a) S. Aug. distinguit inter caritatem divinam et humanam, quae caritas humana est vel licita vel illicita: R. 1528, 1733, 1827.

(b) Quando dicunt actus infidelium esse peccata, intelligunt opera illa non prodesse ad salutem: v.g. R. 1450 (Quid boni meriti habere possunt peccatores); 1463 (inania); 1472 (sola bona opera sunt ex fide), 1528 (humana), 1729 (non salutaria) 1902s. (non vera virtus), 1904 s. (naturaliter quae legis sunt, ut cumque

fecerunt), 1943 (sine caritate nil fit bene), 2041 (falsa virtus), 2042 (steriliter), 2244s. (nil profuit ad salutem); 1809 (Dz. 195); 1761. Cf. 1893. 2037.

(c) admittunt actus bonos apud infideles v.g. R. 425 (comprehendere veritatem), 982 (Mores), 1162 (Mores).

4 RATIONE:

A. DIRECTE:

(Ex falso supposito cui innititur error contrarius).

Iuxta adversarios ideo opera peccatorum et infidelium essent peccata quia procedunt ex mala cupiditate;

Atque haec supposito est falsa;

Ergo ...

MINOR: Falsum est hominem qui habet caritatem necessario duci caritate, eum vero qui caritatem non habet necessario duci mala cupiditate. Nam

(a) Nullus habitus, sive bonus sive malus, necessario influit in omnem actum siquidem iustus potest peccare. Ergo a pari iniustus potest honeste agere. 2-2, 10, 4.

(b) Falsum est actum qui non procedit ex caritate esse peccatum. Nam ad honestatem actus sufficit conformitas cum dictamine rationis, non vero requiritur ut sit ex caritate. 2-2, 23, 7, 1m.

P. 133; Beraza, 324.

B. INDIRECTE:

(a) Ex eo quod recte oratur ad petendam gratiam;

(b) Ex eo quod quis conversionem precibus suppliciter emereri potest.

(c) Ex thesi praecedenti.

5 EX HISTORIA: cf. Month, 1930; vol. 155, p. 20.

THE HIPPOCRATIC OATH (460 B.C.). I swear by Apolla Physician, by Aesclepius, by Health, by Panacea and by all the gods and goddesses that I will use treatment to help the sick according to my ability and judgment, but never with a view to injury and wrongdoing. Neither will I administer a poison to anybody when asked to do so, nor will I suggest such a course. Similarly I will not give to a woman a pessary to cause abortion. But I will keep pure and holy born my life and my heart. I will not use the knife, not even, verily, on sufferers from the stone, but I will give place to such as are craftsmen.

SCHOLION I: - Quomodo peccatum dici possit quidquid non est ex fide et caritate: P 34zs, 123 s., 137, 144 7.

SCHOLION 2. – Caritas in scriptis PP. potest significare:

- (1) quilibet amor honestus;
- (2) quilibet gratia actualis;
- (3) quilibet motio pia ex gratia orta;
- (4) virtus theologalis;
- (5) actus virtutis caritatis;
- (6) actus cuiuslibet virtutis sub imperio caritatis;
- (7) gratia sanctificans.

SCHOLION 3. – Variae explicationes circa aliquod S. Augustini dictum scl.
‘Omnia opera infidelium sunt peccata.’

DIFFICULTATES: P134, 137; W306ss; Ber. 3176ss; 326ss.

CLAVIS SOLUTIONUM

(a) Peccator agere potest qua peccator, vel qua homo, vel qua fidelis; pariter dicendum de infideli. (Reduplicative, specificative.)

(b) Dominium sive caritatis sive cupiditatis esse potest vel habituale vel actuale. (Odisse, non diligere.)

(c) ‘Sine caritate’ intelligi potest vel negative, vel contrarie.

(d) Caritas intelligi potest supernaturalis vel naturalis et haec ultima, licita vel illicita.

(e) Actus bonus est vel ethice bonus (naturalis sterilis), salutaris lato sensu (de congruo meritorum) vel salutaris stricto sensu (de condigno meritorium).

TESSERA: ‘Magnus esse vis? a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis.’ (S. Aug. Sermo 10 de Verbis Domini).

Dz 195: ‘De his, quae hominum propria sunt’ (alia lecto: ‘A nobis peccatum a Deo habere iustitiam’). Nemo habet de suo nisi MENDACIUM et peccatum.

R. 1719: ‘Ad peccandum non adiuvamur a Deo.’

Idea expressa in Dz 195 est S. Augustini et saepe eadem exponitur alibi a S. Augustino v.g.

1 ‘Mea sola non sunt nisi peccata’. In Ps 10.20. PL 36, 890 B.

2 ‘A te habeo quidquid boni habeo; quidquid autem mali, a me habeo’. In Ps 70.21 – 36, 892 A.

3 ‘Quaere quid sit hominis proprium, peccatum invenies; quaere quid sit hominis proprium, mendacium invenies. Tolle peccatum, et quidquid consideraveris in homine, Dei est’. Sermo 32.19 – 38, 200 C.

4 ‘Confitere ista imnia: A Deo te habere quidquid boni habes; a te quidquid mali.’ Sermo 1766.6. – 38. 953 B.

5 ‘... ut non scd. nostram, sed scd. eius (Dei) iustitiam, boni aliquid operemur. Si autem ab illo avertimur, nostrum est.’ De pecc. meret. 2.5.5 – 44, 153 D. Cf. R1719.

‘Être cause de soi-même’. C’est le caractère d’absurdité que présente le péché. S. Anselme en parlant du démon. Cur? quia voluit ... ipsa (sa volonté) sibi causa fuit, si dici potest et effectus. C’est le caractère de malice et de malheur essentiel au péché; car ÊTRE SA CAUSE PROPRE ET UNIQUE C’EST SE METTRE HORS DES INFLUENCES DE LA CAUSE DE TOUT BIEN.’ (??)

II

QUID HOMO LAPSUS NON POSSIT SINE GRATIA

N.B. – In sequentibus thesibus agitur de gratia actuali non praecise ut necessaria ad supernaturalitatem (Elevans) sed ut necessaria ratione infirmitatis humanae (Sanans). P. 112 fine.

Materia tribus absolvetur thesibus; Sine gratgia:

Th. 6: Cf. infra;

Th. 7; Homo nequit superare omnes tentationes graves.

Th. 8: Ne quidem iustus potest diu vitare omnia peccata venialia.

Thesis 6

IN HOC STATU NON POTESIT HOMO SINE AUXILIO GRATIAE DIU SERVARE TOTAM LEGEM NATURALEM, NE QUOAD SUBSTANTIAM QUIDEM.

S.Th., 1-2, 109, 4; Suarez, 1.1, c. 26ss.; Bellarminus: De gratia et lib. arb. 1.5, c. 5, c. 5ss.; P. 147; W. 308s.; Billot, q. 109, th. 2.

IN HOC STATU: nempe in ordine historico seu in praesenti statu naturae lapsae et reparatae.

NON POTEST HOMO: i.e. etsi habeat potentiam physicam tamen moralem non habet. Aliis verbis, non potest, non quidem propter physicam improportionem facultatum secundum se, sed propter status infirmitatis cui, in ea in qua nunc versamur oeconomia, non aliter remedium adhibetur, quam per supernaturalis gratiae Christi influxum; i.e. impotentia illa oritur ex summa difficultate ad quam superandam tanta constantia et fortitudo requiritur, quantam homines numquam exhibent NATURALITER. Cf. Pagell.: th. 1.

POTENTIA PHYSICA hic accipitur ex ipsa natura facultatum secundum se, i.e. ex proportione quae eis intrinsece inest ad certos actus, quidquid sit de impedimentis quae aliunde existere possunt, vel supervenire.

POTENTIA MORALIS autem eas addit conditiones quibus impedimenta tolluntur, saltem quantum necesse est ut illa adsit possibilitas, quae iuxta communes operandi normas apud homines vere expedita et dicitur et est. Cf. Billot (1) De grat. 41.

IMPOTENTIA MORALIS oritur ex imperfectione iudicii, ex inconstancia voluntatis, ex taedio et repugnantia dimicandi. Agitur de peccatis mortalibus, quia nec cum auxilio gratiae possunt vitari omnia peccata venialia. Potest esse vel:

STRICTE DICTA: difficultas quae de facto a nemine vincitur etsi vires adsint physicae.

LATE DICTA: difficultas quae ab aliquibus vinci potest, sed ordinarie non vincitur.

ANTECEDENS: (a priori cognoscitur homo non posse).

CONSEQUENS: (a posteriori cognoscitur homo non posse).

SINE AUXILIO GRATIAE: relictus cum solis viribus naturalibus.

DIU: nequit mathematice determinari, nec ad horam; sed *diu* humano modo servaret legem qui per plures menses vel etiam annos eam servaret.

BREVE potest homo eam servare quia hoc idem sonat ac non semper mortaliter peccare.

LEX NATURALIS: lex aeterna subdito vi naturae manifesta formaliter ut lex, scilicet ut obligans; vel voluntas Dei ordinem naturalem observare iubens et perturbare vetans, quatenus nobis manifestatur per dictamen rationis.

ABSOLUTA: per se praecipit tantum actus pure naturales.

HYPOTHETICA: per accidens praecipit etiam actus supernaturales quae obligant in determinata aliqua oeconomia Providentia, v.g. credere in Deum Verbum Incarnatum, recipere sacramenta, quae tamen adimpleri nequeunt sine auxilio gratiae quia deest potentia non tantum moralis sed et physica.

Lex Christi nempe plura praecipit quam lex mosaica aut naturalis et tamen facilior est adimplerione quia lex mosaica erat fons luminis non autem fortitudinis; lex autem christiana et lumen et fortitudinem praebet.

TOTA: i.e. quoad omnia sua praecepta absoluta et perfecte cognita. Billot, 68 note.

PRAECEPTA enim legis naturalis considerari possunt:

(a) DISTRIBUTIVE = seorsim [sic: Is this where BL picked up the incorrect spelling of this word?] = singulariter = divise = particulare; vel

(b) COLLECTIVE = tota.

QUOAD SUBSTANTIAM: i.e., secundum ea quae pertinent ad bonitatem mere ethicam ita ut actus habeat ea quae sufficiant ad hanc honestatem pure naturalem, secundum nempe modum et finem naturaliter debitum. – Non ergo agitur de actibus salutaribus.

LEX NATURALIS PRAECIPIENS:

1 PRAECEPTA HYPOTHETICA, etiam distributive neque possunt [? text has simply ‘unt’] sine gratia adimpleri quia deest homini potentia tum physica tum moralis;

2 PRAECEPTA ABSOLUTA et QUOAD MODUM SUPERNATURALIA nequeunt absque gratia adimpleri propter eandem rationem;

3 PRAECEPTA ABSOLUTA QUOAD SUBSTANTIAM TANTUM:
DISTRIBUTIVE: impleri possunt sine gratia, modo absit specialis difficultas superanda;

COLLECTIVE TOTA: impleri potest sine gratia BREVI TEMPORE, modo absit specialis difficultas superanda aut nulla occurrat tentatio gravis;

COLLECTIVE, TOTA: impleri nequit DIU sine gratia.

Hic enim, multum valet distinctio inter *substantiam* actus et *modum* eius.

ACTUS, quo mandatum observatur, dicitur fieri.

QUOAD SUBSTANTIAM, quando opus quod iubetur MATERIALITER fit, v.g. diligere parentes, et insuper secundum suam naturam MORALEM fit, scilicet modo et fine naturaliter debito.

MODUS autem actus est ipsa eius supernaturalitas inquantum scilicet idem opus materiale v.g. diligere parentes, fit, non iam pro solo fine naturaliter bono, sed propter Deum auctorem ordinis supernaturalis et beatificantem.

Illi qui non distinguunt actus supernaturales ex obiecto formali, MODUM actus vocant id quod ordinat actum ad finem supernaturalem, hoc est ipsos procedere facultate elevata; unde etiam sub nomine modi intelligunt supernaturalitatem actus.
– Cf. Dz. 1061.

ADVERSARII: PELAGIANI: tria distinguunt;

- 1 Possibilitas (POSSE) qua homo potest esse iustus, quae a solo Deo est.
- 2 Voluntas (VELLE) qua homo vult esse iustus, quae est a solo homine.
- 3 Actio (AGERE) qua homo est iustus, quae est etiam a solo homine.

Secundum ipsos enim, admissa gratiae necessitate, periret liberum arbitrium, Deus impossibilia iuberet et esset acceptor personarum.

P147. R1413; 1355, 1411, 1412, 1855, 1888, 1894, 1902, 1976, 2019 fine.

NOTA:

Multis non videtur esse de fine definita, nec simpliciter de fide, quia tum SS. tum CC. praesertim quae hanc propositionem asserrere videntur, non omnino evidenter apparent agere de mandatis legis naturalis quoad substantiam tantum consideratis.

Quia tamen iidem textus, cum solida ratione ad hoc pertingere ostenduntur, dicendum saltem cum Suaresio, ‘doctrinam hanc esse conclusionem THEOLOGICE CERTAM ut contraria non solum iam temeraria sit, sed etiam errori proxima’ (1.26.n.12).

Boyer (p43): ‘Ceteri vero, ut Medina, Billot, Perrone, tenent eam esse de fine definita (Dz104, 105, 130, 132, 182, 195, 196, 804, 806).

PROBATUR

1 EX SS: (gratia scilicet considerari debet ‘ut sanans’).

A - ROM cc. 1, 2, 3, 7, 8; Paulus non agit de se personaliter sed de homine constituto sub lege absque gratia Salvatoris).

Iuxta textus, tum Iudaei, tum Gentiles constituuntur peccatores contra legem naturalem (cc. 1, 2); ipsa lex mosaica lumen absque fortitudine, etsi sancta, quum cognoscitur est occasio peccati; ratio huius depravationis est CONCUPISCENTIA quae pugnat adversus spiritum; unicum medium vincendi concupiscentiam est gratia Christi.

Atqui si Iudaei, etiam cum lege mosaica, non possunt propter concupiscentiam servare legem naturalem, multo minus id praebere possunt Gentiles sine gratia.

Ergo homo, in statu praesenti, non potest sine auxilio gratiae diu servare legem naturalem, ne quoad substantiam quidem.

P150ss; Prat in h. 1 v.g. 1.226; Tobac: Grâce in DA 334 ss; DTC 1584 ss.

B – ROM 7,14-23.24.25 (Non agitur de adimpletione quoad modum nam Apostolus rogat gratiam ad vincendam concupiscentiam quae legi naturali repugnat, scilicet quoad substantiam.)

Lex membrorum ita repugnat legi mentis ut homo absque gratia evadat captivus peccati moratlis;

Atqui lex membrorum-concupiscentia; lex mentis-lex naturalis;

Ergo homo sine gratia Christi laborat impotentia morali, orta ex concupiscentia, implendi totam legem naturalem. Cf. Philips; Le problème du mal d’après S. Aug., pp. 75-93.

C Alia loca: Tit. 3.3; Gal 2.16, 2.21; s.10s.; 2 Cor. 3.6; 12. 7ss; 1 Cor 15.56s., P. 151.

2 EX DOC ECCL.: Dz 103.104.105 (ubi agitur de iusto; a fortiori valet de peccatoribus); Dz 133.132.133; Dz806, Innocentius I: PL 33.781 (gratia non tantum ut elevans sed ut sanans consideratur).

3 EX PP: Pugnantes contra Pelagianismum docent gratiam esse omnino necessariam non tantum ut salutariter agatur, sed etiam ne homo superetur a concupiscentia; considerant scl. gratiam non ut ‘elevans’ sed ut ‘sanans.’ P. 152 ss. v.g. R. 1162, 1719, 1731, 1933, 1941.

4 EX TT.: 1-2.109.4

5 RATIONE:

(a) A POSTERIORI:

Experientia constat totam legem naturalem non diu servari ab infidelibus absque peccato, imo, ne a fidelibus quidem communiter vitari omnia peccata mortalia contra legem naturalem (imo et peccato contra naturam).

Atqui hoc indicat dari in homine impotentiam moralem diu observandi totam legem naturalem.

Ergo ... P. 154.

(b) A PRIORI:

Homo omnia mandata naturalia sine gratia servare diu posset, oporteret ut apud illum amor Dei invisibilis, praemii futuri, honestatis abstractae, vinceret appetitum rerum sensibilibus praesentium, atreherentium et hoc etiam in gravibus tentationibus, quae diu abesse non possunt.

Atqui in homine lapsa hoc est moraliter impossibile propter rebellionem appetitus inferioris, nam ut dicit S.Th.: 1-2.109.? circa finem i.e. natura lapsa requiritur bonum privatum.

Ergo ... P. 155.

SCHOLION 1:

Ex necessitate specialis auxilii ad recte vivendum iuxta legem naturalem in praesenti statu, non recte concluderetur naturam hominis *exigere* gratiam supernaturalem ut complementum sibi debitum. P.155. Bellamy: La théologie catholique au 19ième s.p. 254-257. Mazella, n. 396 ss. Vide thesim sequentem.

SCHOLION 2:

Ex veritate scholion 1, eruitur falsitas theoriae nixae principiis imminentiae excogitatae a quibusdam apologetis, nempe ex impotentia hominis assequendi illam perfectionem moralem cuius naturale desiderium habet; hoc enim desiderium versatur indeterminante circa aliquod auxilium divinum *conveniens*, non autem determinate circa adiutorium divinum supernaturale ... Datur nempe necessitas alicuius auxilii sive naturalis, sive supernaturalis; hoc de iure. De facto auxilium illud naturae lapsae est auxilium supernaturale quod naturae non debetur. Dz 2103; Schiffini 93. III; Van der Meersch.n.80ss.; Rivière: Le Modernisme dans l'Église: Blondel. P. 155 fine.

DIFFICULTATES: W.312ss.; 310; Mazella, 396 ss.

TESSERA. – Traduction de vers de S. Prosper: De ingratis c 27.:

Ainsi la volonté dans ses toures et retours
 Porte de toutes parts ses différents amours;
 Et comme en un Dédale errante et vagabonde,
 Va d'objet en objet par les faux biens du monde.
 Vaine dans ses frayeurs, vaine dans ses désirs,
 Vaine dans son orgueil, vaine dans ses plaisirs,
 Elle tombe, et tombant, sa superbe faiblesse
 S'élève encore sans cesse, et sans cesse se blesse.

(???)

THESIS 7

OMNI HOMINO *DIU* HABENTI USUM RATIONIS OCCURRUNT
 TENTATIONES TAM GRAVES UT SINE AUXILIO GRATIAE EAS NON
 POSSIT HONESTE SUPERARE.

S. Th. 1-2, 109, 4, 8; P.; 156ss.; Suarez 1, 23s.; Bellarm.: De gratia et lib.ar.
 1.5, cc. 7 et 8; W. 317ss.; Beraza, p. 267.

Haec est acuratio determinatio thesis praecedentis. Praeter enim
 tentationes, m sunt aliae difficultes quae hominem impedire possunt.

OMNI HOMINI: in suppositione universali absoluta, sive sit homo peccator, sive
 iustus.

DIU: saltem per plures menses, et etiam per aliquot annos.

HABENTI USUM RATIONIS: habenti facultates ita evolutas ut possit perfecte
 distinguere inter bonum et malum morale; nec determinare volumus quo tempore
 aliquis ad hunc statum pervenit.

TENTATIO: quaecumque difficultas ad fidem vel mores hominis spectans.

PROBATIONIS: difficultas non directe ad malum inducens; v.g. Gen 22.1

SEDUCTIONIS: difficultas directe ad malum inducens, seu sollicitatio ad peccandum. Habetur quoties eo tempore quo bonum faciendum est, occurrit motivum avertens ab hoc bono, vel quoties instat aliquod incentivum ad malum faciendum. Oritur aut (1) a natura corrupta, (2) aut ab aliis hominibus, (3) aut ab obiectis externis, (4) aut a diabolo.

GRAVES: Non praecise quae, vel quia, sollicitant ad laedendum praeceptum grave, sed quae gravem difficultatem gignunt et ad peccatum vehementer sollicitant, et hoc quidem sive relate ad subiectum sive per se et simpliciter. Illa nempe est quae pertinaciter, constanter et moleste suadet.

GRAVIS SECUNDUM QUID: vel propter intensitatem (intensive), vel propter durationem (extensive).

GRAVIS SIMPLICITER: intensitas et duratio quae ita durat ut intellectus obscuretur et voluntas defatigatur, praesertim ex diuturnitate.

AGITUR de tentatione simpliciter gravi subiective et quidem ad peccatum grave, tentatio, scilicet, in se considerata (subiective) gravis, non tantum terminative gravis, inducens scilicet ad peccatum grave. Tentatio enim potest esse terminative (objective) gravis quin necessario sit in se gravis, v.g., tentatio ad matrem occidendam.

NON AGITUR de tentatione quae liberum usum rationis impediat.

NON DICITUR hominem lapsum sine gratia nullam gravem tentationem superare posse, quia vix probari hoc posset ex fontibus revelationis; sed dicimus quod dari possunt tales tentationes quae sine gratia vinci nequeunt.

DE FACTO, in hac oeconomia salutis, nulla occurrit tentatio gravis quin simul adsit gratia. P. 157, 163.

SINE AUXILIO GRATIAE: i.e. cum solis viribus naturalibus.

TAM GRAVIS ... UT NON POSSIT: propter nempe impotentiam moralem, non physicam, voluntate remanente libera.

HONESTE SUPERARE: Triplex enim potest esse victoria: vitiosa, supernaturalis, moralis tantum naturaliter. P. 158; W. 318.

IN THESI agitur de victoria ethice honesta.

ADVERSARII: Pelagiani: Sola libertate homo potest pervenire ad statum in quo nullum experietur motum concupiscentiae.

NOTA: Theologice certa. Suarez, 1, 26, 12.

PROBATUR:

1- EX SS.

(a) Ex praecepto orandi:

Christus nos iubet orare, ne ob infirmitatem carnis succumbamus tentationi;
Atqui oratio non esset semper necessaria si homo posset omnes tentationes superare vel eis diu resistere absque speciali Dei auxilio.
Ergo ...

MAIOR: Mt. 6.13; 26.41; Lc 18.1, 6s.; ubi iubemur rogare, non sit tentatio, sed ne ipsa superemur. P. 159; 2-2.83.9 c. fine.

(b) Ex potentia adversariorum:

1 Cor. 10.12s.; Eph 6.10ss., etc.

S. Paulus invitatur fideles ad perpetuam cautelam quia colluctatio ipsis est adversus potestates superiores tentationem tamen superari posse dicit cum speciali Dei auxilio;

Atqui haec indicant hominem sine tali auxilio non posse diu superare tentationes quae sibi occurrunt.

Ergo ...

(c) Job.7.1; 14.1; Rom 7.23ss.; 2 Cor.12.9; Gal.5.17; 2 Thess. 3.3; 2Tim. 2.3, 5; 1 Pet.5.8ss.; Sap.8.21.

2 – EX DOC. ECCL.: Dz. 132s, 135, 103, 182, 190, 187, 1029s. 806. P.161.

Intima persuasio et praxis fidelium testatur hunc esse sensum [? – first three letters of word not clear] Ecclesiae; in tentatione enim ad Deum recurrunt pro certo habentes se sine gratia victum iri. P. 162.

3 - EX PP.:

(a) Explicata est doctrina S. Aug. et PP. qui contra pelagianos scripserunt. Omnes docent etiam iustificatis necessarium esse speciale auxilium ad tentationes superandas. P. 161 [?].

V.g. R. 315, 548, 1191, 1210, 1263, 1404, 1406, 1504, 1509, 1592, 1718, 2201; 485, 1153, 1956, 2227.

(b) Vita est militia: RA. 90, 120, 165, 327, 483, 498, 594, 734, 990, 1174.

(c) Ex technica necessaria et difficili ad eas vincendas: Ra. 33, 36, 99, 148, 175, 190s., 193-6, 203, 207s., 232, 478, 484, 547, 567, 594, 772, 837, 931, 957, 968, 1029. Ascetica speculativa et speculativo ... practica.

4, EX TT. S.Th., 1-2, 109.8-2a paragraphus.

5. RATIONE: Cf. Thesim 6.

SCHOLION 1:

Ratio illius impotentiae non est quaerenda in ipsa tentatione seorsum sumpta, sed provenit ex diuturnitate tentationis et ex eo quod saepe nequitur cum longa serie difficultatum. Vehementia ipsius tentationis gignitur ex eo quod bona sensibilia diu et continuo intellectum et voluntatem sollicitant eorumque vim resistendi minuunt. Unde accedente tentatione diaboli, homo impotens est ad diutius resistendum, nisi a superiori agente iuvetur. Tamen remanet homini potestas libere volendi resistere, neque ullum instans assignari potest quo desit potestas tum physica, tum moralis resistendi, ideoque vere peccat. Si tamen sumuntur omnia instantia collective, unum certo erit quo non volet adhibere vires quae sibi praesto sunt ad resistendum.

P. 134 ss. Cf. 1-2.109.8.

SCHOLION 2: Quonam auxilio homo indigeat ad legem naturalem diu servandam totam et ad vincendas omnes tentationes?

De potentia ordinaria Dei requiritur, sed non sufficit gratia sanctificans. Ad singulas autem tentationes distributive vincendas, nec ex natura rei, nec ex dispositione Dei positiva videtur gratia sanctificans requisita. Requiritur etiam tum illustrationes intellectus tum inspirationes voluntatis. Dz 139, 141, P. 171ss. Quae sunt supernaturales saltem secundum modum i.e. propter merita Christi, aut etiam naturales quoad substantiam (donum); sed pro fidelibus videntur esse intrinsece supernaturales.

DIFFICULTATES: W. 319; Beraza 207 s.

TESSERA: Billot de Gratia p. 43:

‘Nunc autem cogita hominem in ea habituali dispositione existentem, quam secum fert purae naturae status, nimirum cum tanta dependentia a sensibus, cum tam praevalente interioris appetitus influxu, cum tanta pronitate ad temporalia ac visibilia bona, [word?] quo cum iis omnibus intrinsecis conditionibus quae in nobis [word?]-tae sunt dissolutionem harmoniae in qua consistebat ratio gratuitae originalis iustitiae; et facile aestimabis quod actuosus [word?] affectus non valuisset ex sese transcendere ordinem boni praecedentis [?] vitae, et quod ex consequenti, idem ille homo fuisset in morali impotentia faciendi et vitandi quidquid faciendum et vitandum est, ut humana vita in suum ultimum finem bene et recete diragatur.’

THESIS 8

NULLUS HOMO NE IUSTUS QUIDEM SINE SPECIALI PRIVILEGIO
POTEST DIU VITARE OMNIA PECCATA VENIALIA.

S.Th. 1-2, 109, 8; Suarez: 1.9, cc. 7 et 8; P. 173ss.; V.321ss.; Mazzella, n. 341; Beraxa, p. 231; Billot, thesis 5.

N.B. – Hac thesi excluditur perfecta impeccantia a Pelagianis statuta de multis hominibus iustis, et statuitur etiam homines iustos communiter incurrere saltem quaedam venialia peccata.

PECCATUM VENIALE est deordinatio respectu legis divinae quae vel propter levitatem materiae, vel propter imperfectionem consensus non secum fert amissionem amicitiae divinae.

Pecc. mortale est CONTRA amicitiam divinam;
Pecc. veniale est PRAETER amicitiam divinam.

AGITUR in thesi de peccatis venialibus semi-deliberatis, non de peccatis deliberatis quae sunt venialia ex levitate materiae.

PRIVILEGIUM est aliqua exceptio a lege generali et odiosa. Non est tantum praeter sed contra legem.

VITARE omnia peccata venialia:

DELIBERATA est gratia extraordinaria, non contra sed praeter legem;

SEMI-DELIBERATA est privilegium, non tantum praeter sed contra legem.

SPECIALE i.e. quo homini rarissime conceditur.

EST igitur, in hac thesi, donum distinctum a gratia sanctificante et a gratiis actualibus quae ordinarie hominibus conseduntur iuxta supernaturalem Dei providentiam.

DIU: i.e. saltem per aliquot dies. Si quis diceret *omnia* peccata venialia posse vitari per unum diem, non diceret aliquid improbabile.

‘Existimo tamen hoc tempus non posse omnino definiri, quia pendent a variis circumstantiis ut ex complexione et dispositionis hominis, ex consuetudine, ex vitae statu, et similibus. Solum dicere possumus maiori tempore vitari peccata deliberati, quam quae fiunt ex surreptione.’ S.9.29’ Maz. 348; Ber. 251.

Unde ‘DIU’ de qua in hac thesi, brevius est quam in thesibus praecedentibus.

IMPOSSIBILITAS illa non est physica sed moralis, antecedenter quidem ex maxima difficultate, consequenter ex defectu fortitudinis et constantiae. P. 175; Mazzella, 253ss.

IMPOTENTIA ILLA scl. est:

(a) Terminative vaga et indeterminata; v.g. Mt 18.17

(b) Respectu venialium peccatorum collective non separatim seu divisim sumptorum.

(c) Antecedens, non tantum consequens usum libertatis i.e. numquam superatur.

(d) Antecedens moralis non physica; et quidem:

(e) Simpliciter talis (stricte dicta) non tantum secundum quid (late dicta);

(f) Auferibilis ex speciali privilegio v.g. BVM. Dz 833.

ADVERSARII: Pelagiani. Homo sine privilegio abstinere potest ab omni peccato etiam levi. R 1355, 1888, 1894, 1976, 2019.

Beguardi et Beguinae: Dz 471.

SENSUS THESEOS:

Cum ordinaria, immo et extraordinaria gratia non datur potentia moralis et expedita vitandi peccata venialia semi-deliberata omnia collective sumpta; etsi negari nequeat hominem ita a Deo adiuvari, ut possit in nullum peccatum veniale cadere.

NOTA:

Si DIU = tota vita: DE FIDE DEFINITA: 833; 106-8; 804, 810.

Si DIU non est tota vita: THEOLOGICE CERTA.

PROBATUR

1 EX SS: (Sec. interpretationem CC et PP).

A. Jac 3.2 (Dz 107); Mt 6.12 (Dz 107; R 1536, 1781, 1976); Mc 11.25ss; 1 Io 1.8 (Dz 106; R 1794, 1918).

In his locis,

(a) omnes homines dicuntur frequenter peccare;

(b) omnes, etiam iusti, a Christo rogare veniam delictorum;

(c) hanc veniam rogare iubenter quoties orare incipiunt.

Atque si omnes homines, etiam iusti, tam frequenter admittunt peccata, dicere cogimur hominem, sine speciali privilegio, non posse diu vitare omnia peccata saltem venialia semi-deliberata.

Ergo P. 176, 178; Van Noort, 48.

MINOR: Ibi enim habetur impossibilitas moralis saltem consequens, ubi fere nemo facit quid est faciendum.

B. Prov. 24.16; Eccl. 7.21; 1 Io 3.6, 8, 9; 2 Par 6.36; Iob 37.7 Ps 142.2; Dan. 9.15, 20; 1 Io 3.6.

2 EX DOC. ECCL.: Dz 106-108; 804, 810, 833, 899.

3 EX LITURGIA:

In Missa: ‘Suscipe ... quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo et vero pro innumerabilibus peccatis et OFFENSIONIBUS et negligentis.’

OFFENSIONIBUS: Manque d'égards, de politesse, d'éducation; Rusticité, grossièreté, impolitesse. Nous sommes tous à l'égard de Dieu des purs mal léchés, des roturiers, des gens mal élevés, que paysans du Danube, des Béotiens.

4 EX PP.: P.179; R. 527, 981. (1382), 1509, 1536, 1732, 1733, 1737, 1801, 1846, 1888, 1894, 1918, 1921, 1973, 2091, 2201; Non negant homines absolute per Dei gratiam posse esse sine peccato in hac vita, sed FACTUM NEGANT; R. 1720, 1794. RA 658, 882.

5 EX TT.: 1-2, 109.8; 74.3.2m (74.10), 3.79.4.2m: 'Vitam istam sancti non ducunt sine peccatis venialibus.'

3 Sent 12.2.2.1.1m: 'Neque est inconveniens quod aliqua hora homo sit absque omni peccato; quamvis homo diu durare non possit propter difficultatem vitandi peccata venialia.'

4 Sent. 21.1.4m: 'Non fuit intentio Apostoli (1 Io.1, 8) dicere quod non sit aliquod momentum in quo homo non sit sine peccato (veniali) quoad culpam; sed quia ista vita a nullo sine peccato agitur; et quia etiam dimissa culpa, aliquis reatus remanet.'

6 RATIONE et EXPERIENTIA:

Non probatur sed SUADETUR. Van Noort, 50. Nam etiam iustis remanet prava concupiscentia.

Atqui ii in quibus remanet prava concupiscentia non possunt diu vitare omnia peccata venialia semi-deliberata.

Ergo ...

MAIOR: 1 – Ex experientia;

2 – Ex ratione, nam:

Ut vitantur omnia peccata, etiam venialia, omnes et tam varii motus insurgentes in anima perfectissime subiici debent imperio voluntatis;

Atqui in iis in quibus manet prava concupiscentia non omnes motus insurgentes in anima ita perfecte subiiciuntur dominio voluntatis;

Ergo ... P. 182; 1-2, 109, 8.

SCHOLION 1. – DE POSSIBILITATE VITANDI OMNIA PECCATA VENIALIA PLENE DELIBERATA.

Durandus quidem tenet iustum posse ea omnia vitare. At alii communius docent cum sola ordinaria gratia omnia peccata venialia deliberata non *vitari* posse per totam vitam. Ratio sumitur etiam ex imperfecta subiectione appetitus inferioris.

Sed conceditur sanctos per diminutionem fomitis et per abundantiam gratiarum, diu et praesertim in fine vitae, a talibus peccatis abstinere. Concludes non cuicumque suadendum esse votum vitandi omnia peccata venialia deliberata. Boyer, 99; P. 174. Beatus Claude de la Colombière; Projet d'un voeu.

Poulain (Grâces d'oraison 10e Ed. p. 162 et notes):

LE VOEU DU PLUS PARFAIT DOIT être précédé d'un long noviciat Ste. Thérèse le fit à l'âge de 45 ans. Mais il fallut le lui restreindre pcq. malgré ses grandes lumières, il en résultait pour elle des scrupules.

Ibid. p. 160 et notes: La DEVOTION DE L'EXPIATION: (1) Accepter les souffrances; (2) Demander les souffrances. Ce second degré doit être regardé comme très exceptionnel.

SCHOLION 2. – DE NATURA PRIVILEGII PRAEDICTI

Quum necessitas aliquando venialiter peccandi, secundum praedicta, oriatur ex prava concupiscentia, privilegium speciale a Trid. memoratum consistit in immunitate a motibus concupiscentiae, sive illa immunitas conferatur per restitutionem doni habitualis integritatis, sive per continuam seriem auxiliorum actualium efficacium. Hinc patet, quo iure multi TT. cum Suarez dicant, donum gratiae quo habeatur potentia moralis omne omnino peccatum vitandi esse privilegium in sensu strictissimo, 'privilegium contra legem'; universalis enim lex est, ut homo in statu nostrae lapsae concupiscentia laboret. Et inferes praevilegium praedictum intime connecti cum immunitate a peccato originali. Quo posito, omnino cohaerent doctrina Ecclesiae, tenentis hoc privilegium B.V. mariae concessum esse, et sententia communis TT. iuxta quam nulli alteri unquam collatum fuit.

SCHOLION III

Quid de modo apud sanctos sese accusanti. RAM 1924. 217-233; Humilité et vérité (J. de Guibert).

SCHOLION IV

(1) Deus confert auxilia quibus removetur impotentia physica, non autem impotentia moralis; haec radicatur in fove peccati seu concupiscentia quae est sequela peccati originalis; nec Deus aufert illam propter humilitatem et fiduciam in Ipsum. S. Aug.; RA 658.

(2) Quoad remissionem venialium, vide Tractatum de Poenitentia.

(3) Quoad propositum non peccandi venialiter:

4 Sent. 3.2.2.2a2m: ‘... in contritione de venialibus non exigitur propositum non peccandi venialiter, sicut in contritione de mortali exigebatur; sed quod d.... ei ET peccatum praeteritum ET infirmitas qua ad peccatum veniale inclinatur quamvis ab eo omnino immunis esse non possit.’

(4) Ex impossibilitate vitandi omnia venialia semideliberata, immo et plene deliberata pessime quis deduceret conclusionem practicam: ‘Non amplius debeo curare de venialibus’; hoc propter plurimas rationes, quarum indicentur duae:

(a) Venialia enim praesertim deliberata disponunt, ut ait S. Th., ad contrarium caritatis, viam scilicet parant ad peccatum mortale, et ad ‘venialia quantumvis multa non possunt eaequare, malitiam peccati mortiferi’ (Lessius, De Perf. div. 1.1, c. 1, n. 2 sub fine).

(b) Semper praesto nobis adest gratia ad singulum peccatum veniale etiam semi-deliberatum vitandum, et proinde peccatum nobis est imputabile saltem in causa remota.

DIFFICULTATES; W.322; Mazz.359ss.; Ber.263.

CLAVIS SOLUTIONUM:

1 – Impotentia moralis non reddit actum impossibilem sed difficilem; unde libertatem non destruit sed utique minuit.

2 – Haec impotentia est directa relate ad totam seriem venialium, collective, sed indirecta relate ad aliquod peccatum indeterminatum quod voluntas determinat quando peccat.

3 – Non valet illatio a sensu distributivo ad sensum collectivum quando importatur specialis difficultas propter collectionem v.g. dardien de but, blay-birds.

TESSERA. S. Aug. citatus as Lessio: De Perf. div. 1.13, c. 15, n. 85: ‘Non est [peccatum veniale] bestia sicut leo, ut uno morsu guttur frangat; sed bestiae plerumque minutae, si multae sunt, necant. Si proiciatur quispiam in locum [word?] plenum, numquid non meretur ibi? Quam minuta sunt grana arenae! Si arenae amplius in navi mittatur, mergit illam ut pereat. Quam minutae sunt guttae pluviae! Nonne flumina implent, et domos deiiciunt? Ergo [word?] nolite contemnere.’

Bleau, De gratia actuali 3

A. – c. DE NECESSITATE GRATIAE AD PERSEVERANTIAM FINALEM

THESIS 9

PRAETER GRATIAM SANCTIFICANTEM IUSTUS ALIO SPECIALI AUXILIO INDIGET UT PERSEVERET USQUE IN FINEM; (1a pars); IPSA AUTEM PERSEVERANTIA ACTUALIS EST MAGNUM DEI DONUM ET SINGULARE BENEFICIUM (2a pars).

S.Th. 1-2, 109, 10; 2-2, 137; B. De grat. et l. arb. 2.9-15; S. 10. 4ss.; P. 185ss.; Mazz. 306ss.; Van Noort, 40 ss.; Ber. p. 214ss. etc.

PERSEVERANTIA tripliciter intelligi potest: (1-2, 109.10)

(1) UT VIRTUS: (Habitus = qualitas difficile mobilis).

(a) Habitus mentis per quem homo firmiter stat ne removeatur ab eo quod est secundum virtutem per tristitias irruentes. Sic intellecta se habet perseverantia ad tristitias, sicut continentia ad concupiscentias et delectationes et ita est pars integralis fortitudinis. (2-2.137.1); P.9.61.

(b) Habitus secundum quem homo habet propositum perseverandi in bono usque ad finem. (Potius affectiva). Sic intellecta, perseverantia consequitur quamcumque virtutem. (2-2.137.1.3m). Est, ni fallor, firmum propositum: DZ. 897, 898, 915.

Illi duo habitus simul cum gratia sanctificante infunduntur.

(2) UT ACTUS: (vel series actuum).

(c) Continuatio effectiva boni usque ad finem vitae: (2-2.137.4; 137.1.2m; 137.2.3m)

Perseverantia ut actus non absolvitur nisi fine vitae. R.1992, 1933, 2028.

PERSEVERANTIA IMPERFECTA (potentialis, temporalis, secundum quid): ea quae durat ad certum vitae tempus, non autem ad finem vitae inclusive.

Talem dari perseverantiam est De Fide Definita. Dz. 827. Cf. R. 1992s.

PERSEVERANTIA PERFECTA (actualis, FINALIS, simpliciter): stabilis permansio in statu (sive primo sive repetito) gratiae sanctificantis (perseverantia activa), coniuncta cum morte in statu gratiae (perseverantia passiva); unde includit duo elementa, perseverantiam tum activam, tum passivam.

Mt. 10.22; 25.21; 2 Tim 2.3; 4.7ss.; Apc. 2.10.

PERSEVERANTIA ACTIVA (elementum internum, materiale); est exercitium perdurans actuum liberorum qui ad statum gratiae conservandum pertinent. Dz 152[?], 806, 807; R. 1949[?], 1999.

PERSEVERANTIA PASSIVA (elementum externum, formale): est terminatio vitae in statu gratiae, seu immissio opportuna mortis.

Sap. 4.11, 14; R.1949, 2002.

PERSEVERANTIA MERE PASSIVA: illa quae unice pendet a Dei providentia non ab homine, ut perseverantia perpetuo amentium vel infantium baptizatorum morentium ante usum rationis, vel adultorum morentium immediate post acceptam iustificationem.

Mt. 2.16ss.: (Sancti Innocentes)

Haec fortasse non est perseverantia GRAMMATICALITER accepta sed utique THEOLOGICE, et ut patet magnum Dei donum.

SPECIALE.

NON hoc sensu quod est PRIVILEGIUM aut quod RARO conceditur, siquidem est omnino secundum legem communem gratiarum nec illam excedit, nam Trid. docet, de facto omnes iustificatos a peccato mortali abstinere posse, proindeque perseverare posse, quia 'Deus sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi prius ab eis deseratur.' Dz. 804.

Hoc autem sensu SPECIALE dicitur quia distinguitur:

- (1) A gratia sanctificante et habitibus omnibus, per se infusis;
- (2) Ab universali Dei concursu;
- (3) A gratiis actualibus quae connaturaliter iustis conceduntur in ordine ad singulos actus salutare;
- (4) A potentia perseverandi (to posse perseverare) quam quis habere potest, quin actu perseveret).

SPECIALE AUXILIUM est particularis protectio et providentia divina tum interna tum externa qua indiget homo reparatus non autem totaliter sanatus quoad subiunctionem appetitus inferioris.

Non est habitus, nec se tenet unice ex parte gratiarum actualium ita ut ex earum summa consurgat.

Sed unice se tenet ex parte auxiliorum quae requiruntur tempore opportuno, ad POSSE MORALITER SUPERARE difficultates in via virtutis occurrentes, ultra gratiam sanctificantem; eique proportionatum commune et connaturale Dei regimen; QUO AUXILIO fit ut electi bonum agant, peccata vitent, omnes tentationes vel molestissimas vincant et morte tollantur dum in statu gratiae permanent. R. 1918.

Constat igitur donis internis et externis. (2-2.137.4; 1-2.109.10).

DONUM: 'Ipsum nempe perseverare usque in finem,' seu 'ad finem bonum pervenire' ita gratuitum est, ut nemo illud de condigno mereri potest. R. 1999, 2000, 2002; 1993.

Addit, ut patet, 'tō posse perseverare in actum reducto' aliquam impeccantiam saltem extrinsecam in momento aliquo mortem antecedente. S. Aug. De Dono persev. 6.11 et 12, PL 45.999.

MAGNUM DEI DONUM quia coniunctam habet vitam aeternam, et necessarium est ut quis simpliciter perseveret, et omnino gratuitum utpote procedens ex beneplacito divino.

Mors enim in statu gratiae nulli iusto debetur, nec adscribenda eius meritis aut viribus etiam supernaturalibus, sed unice provenit ex actu benevolentiae divinae ut donum ab aliis gratiis distinctum.

BENEFICIUM SINGULARE, quia implicat:

(a) Collationem gratiarum efficacium prae mere sufficientibus: R.1958, 1995 fine;

(b) Auxilia externa quibus iustus avertitur a peccato gravi. R. 1504.

(c) Praevisam et intentam a Deo concidentiam mortis cum statu gratiae: Mt. 24: 42.44. 46.

(d) Consecutionem salutis aeternae. R. 1957.

(e) Quaedam quae non cadent ullo modo sub merito: scilicet

(1) inchoatio = prima gratia efficax

(2) progressus = series gratiarum efficacium

(3) consummatio, scilicet
ultima gratia efficax
mors in statu gratiae.

ADDENDUM videtur tale donum immediate connecti cum ipsa praedestinatione. Quodcumque enim sit systema quod inter probata systemata quis elegerit, denique tandem, series illa gratiarum efficacium usque in finem importat, ex parte Dei, liberrimam electionem illius ordinis rerum, in quo praevidit talem hominem v.g. (S. Paulum) talibus determinatis auxiliis finaliter consensurum. P. 189s.; Mazz., 314-317.

PRIMA PARS: PRAETER GRATIAM SANCTIFICANTEM IUSTUS ALIO INDIGET AUXILIO SPECIALI UT PERSEVERET USQUE IN FINEM.

ADVERSARI: Pelagiani: Non requiritur ullum donum aut auxilium supernaturale aut speciale sed sufficit liberum arbitrium.

SENSUS THESEOS: agitur de ELEMENTO MATERIALI perseverantiae actualis seu de PERSEVERANTIA ACTIVA, i.e. de POSSE PERSEVERARE IN ACTUM REDUCTO.

NOTA:

(1) Quod requiratur speciale auxilium, ut possint iusti perseverare; DE FIDE DEFINITA; Dz. 832 quin tamen determinetur quid sit illud auxilium speciale.

(2) Quod iustus possit omnia peccata mortalia vitare quod idem est ac perseverare: DE FIDE DEFINITA: Dz 200, 828, 835, 804.

(3) Conc. Trid. docet omnes iustos illud auxilium speciale recipere: Dz 804, 806.

PROBATUR:

(1) EX S.S.:

(a) IUXTA S.S.

(1) iusti servant iustitiam suam inter multas difficultates et certamina: 1 Cor 9.24-27; Eph 6.11ss.; 1 Pet 5.8s.; Io 16.4, 9.

(2) Cum timore et tremore salutem suam operari debent: Phil. 2.12.

(3) Orare debent ne succumbant tentationi: Mt 6.13; 26.41.

(4) Gratiae tribuenda est victoria: 1 Cor 10.12s.

Atqui haec omnia clare ostendunt iustum praeter gratiam sanctificantem alio indigere auxilio speciali ut perseveret usque in finem;

Ergo praeter gratiam sanctificantem iustus alio indiget auxilio speciali ut perseveret usque in finem.

(b) Ps. 118 (Encomium legis divinae); Mt 16.41; Lc 18.1; 1 Tim 6.12; 2 Tim 4.7; Heb 10.32; 12.1.

(2) EX LITURGIA: Ex precibus v.g. in Missa, litanis etc.;

In quasi omnibus orationibus, a Deo rogamus ut usque ad mortem perseveremus.

(3) EX DOC. ECCL.: Dz. 132, 183, 192, 806, 832.

(4) RATIONE THEOLOGICA: 1-2.109.9.

SECUNDA PARS: PERSEVERANTIA FINALIS EST MAGNUM DEI ET CONGULARE BENEFICIUM.

ADVERSARII:

Pelagiani, Semipelagiani negant perseverantiam finalem esse donum.

Novatores XVI saec.: Iusti necessario peccant sed necessario habent omnimodam certitudinem suae praedestinationis.

SENSUS THESEOS.

In hac parte agitur praesertim de ELEMENTO FORMALI perseverantiae, seu de PERSEVERANTIA PASSIVA, SUPPOSITA utique PERSEVERANTIA ACTIVA, et proinde de PERSEVERANTIA ACTUALI.

NOTA:

(1) Quod perseverantia finalis sit magnum Dei donum et singulare beneficium: THEOLOGICE CERTUM ex Dz. 826. Cf. 821, 825 [?] et quantum ad perseverantiam activam totidem verbis docetur a Conc. Trid. Dz 826 (806) 183. In Dz 132: posse perseverare non videtur distingui a gratiis actualibus.

(2) Insinuat illud donum esse distinctum a gratia sanctificante, seu non omnibus iustis datum esse: Quod est THEOLOGICE CERTUM: Dz 826s.

(3) Explicite asseritur iustum nec posse nec debere certitudinem habere de sua perseverantia, praeter revelationem: Dz 825.

(4) Quod factum moriendi in statu gratiae sit donum distinctum ab aliis: CERTUM.

PROBATUR:

(1) Ex S.S.: (Textus a CC., PP. et ab Aug. allatis)

Rom 14.4; 1 Cor 1.7s.; 1 Thess. 5.23; Ps. 93.16ss.; 118.33ss.; 126.1s.; Io 18.9.

Quoad elementum ACTIVUM: Phil 1.6; 1 Pet 5.10; Io 17.11ss.; Lc 22.31ss.;
Quoad elementum PASSIVUM: Sap 4.7-15 (R.1328); Lc 23.42ss.;

UNDE SIC ARGUITUR:

SS. tribuit perseverantiam finalem beneficio Dei quod precibus obtinetur.
Ergo.

(2) EX TRADITIONE:

S. Aug. integrum librum scripsit (PL 45, 993-1049) in quo hanc tenet doctrinam; et affert testimonium Cypriani, qui hoc probat ex Oratione Dominica. (PL 45, 996) P. 186; P.Comp.256; V. Noort, 44.

Quae doctrina recepta est a Summis Pontificibus et CC.: Dz 132, 139, 183, 806, 825, 826, 827, 833, 836.

(3) EX PP.:

Ex exhortationibus quas fidelibus faciunt ad petendam perseverantiam, hanc apparet esse distinctam a gratia sanctificante et a gratiis actualibus homini iustificato connaturaliter debitis:

R.2002 (elementum passivum), 1984[?] (elementum activum); R.1059, 1958, 1960, 1992s., 1995, 1999, 2002, 2005, 2028.

Quid sit perseverantia finalis: R. 1947, 1949, 1992s., 1999, 2002, 2028.

Quis sit 'posse perseverare': R. 1177, 1945, 1955s., RA. 362, 432, 958.

Ex eorum doctrina de necessitate, frequentia et perseverantia orationis. Vide RA: Index Alphabet: Oratio.

(4) RATIONE THEOLOGICA: P. Comp. 257.

Ad finaliter perseverandum pro adultis, DUO requiruntur: (1) perseverantia passiva et (2) perseverantia activa;

Atqui neutra est in potestate hominis.

Ergo perseverantia finalis est singulare Dei beneficium.

MINOR: Perseverantia PASSIVA in eo consistit quod homo moritur quando est in statu gratiae;

Atqui mors in statu gratiae non pendet a libero arbitrio sed ex Dei beneplacito;

Ergo est singulare Dei beneficium.

ULTIMA minor maxime elucet in infantibus baptizatis morientibus ante usum rationis.

Etiam in adultis dantur casus omnino singulares.

De perseverantia ACTIVA, minor stat ex (a) scilicet versatilitas hominis, non totaliter gratia sanctificante et gratiis actualibus connaturaliter debitis tollitur.

(5) CONFIRMATUR: 1-2 109.10; 2-2.137.4; De verit. 24.9 et 13.

SCHOLION I. De 'posse perseverare'. P. 183s.;

Dz 200, 804, 806, 828, 832, 835, 1092; R. 1177, 1945, 1955s.; 485, 1153, 1956, 2227.

SCHOLION 2. Quomodo differat perseverantia finalis a dono confirmationis in gratia. P. 191s.; 1.23.1s.; 1-2.109.10.

SCHOLION 3. Quomodo differat donum perseverantiae a praedestinatione. P. II, p. 230.

SCHOLION 4. Quomodo necessitas auxilii specialis ad continuationem iustitiae cohaereat cum necessitate gratiae actualis ad singula opera salutaria. V. Noort, 42.

SCHOLION 5. De incertitudine doni perseverantiae. Dz 805s. 826, 832[?]; P. 192; V. Noort, 46. Potest tamen suppliciter emereri ut postea videbimus.

DIFFICULTATES: P. Comp. 258ss.; Ber. 237ss.; 243; Mazz. 318, 326ss.

TESSERA: COMPENDIUM INTERPRETATIONIS ORATIONIS
DOMINICALIS (Pater Noster)

Cf. De Dono persev. PL 45. 996.

(a) SANCTIFICETUR NOMEN TUUM i.e. ut nomen eius sanctificetur in nobis i.e. ut sancti simus, ut qui in Baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cepimus, PERSEVEREMUS. (996)

(b) ADVENIAT REGNUM TUUM ... non enim veniet regnum Dei nisi his qui PERSEVERAVERINT usque in finem. (997)

(c) FIAT VOLUNTAS TUA ... cum enim in iustis iam facta est. cur ut fiat adhuc petunt, nisi ut PERSEVERENT in eo quod esse coeperunt (997)

(d) PANEM NOSTRUM QUODITIANUM ... i.e. eucharistiam, ne ??? Christi corpore separentur, sed IN EA SANCTITATE PERMANEANT. (998)

(e) DIMITTE NOBIS ... Non directe de PERSEVERANTIA sed INDIRECTE, docendo necessitatem orationis, quia omnes etiam iusti peccant. (998)

(f) NE NOS INFERAS IN TENTATIONEM. Quid aliud quam ut in SANCTITATE PERSEVERENT, precantur. (999)

‘Si ergo alia documenta non essent, haec DOMINICA ORATIO nobis ad causam gratiae, quam defendimus, sola sufficeret: quia nihil nobis reliquit, in quo tanquam in nostro gloriemur. SIQUIDEM ET UT NON DISCEDAMUS A DEO, NON OSTENDIT DANDUM ESSE NISI A DEO, CUM POSCENDUM OSTENDIT A DEO.’ (1001)

Quelqu’un demandant un jour à Lessius ce qui pouvait nous assurer une mort tranquille cette réponse:

QUATRE CHOSES

(1) Implorer tous les jours de Dieu le don de la persévérance finale et la grâce de ne pas l’offenser par le péché.

(2) Progresser journallement dans la vertu.

(3) Entretenir dans son âme une tendre compassion pour les souffrances du Sauveur et s’appliquer à souffrir avec Lui.

(4) Une vive affection pour la Ste. Mère de Dieu.

(Van Sull: Leonard Lessius, p. 275s.)

B. DE GRATUITATE GRATIAE

Thesis 10

GRATIA NON DEBETUR

(1) ULLI EXIGENTIAE NATURALI,

- (2) NEQUE MERITO NATURALI HOMINIS,
- (3) NEQUE EIUS PRECIBUS NATURALIBUS,
- (4) AUT DISPOITIONI NATURALI POSITIVAE.

S.Th., 1-2, 112. 3; De Verit., 6.2; Suarez: Proleg.4, c. 1; 1.12, c. 34; Bellarminus: De Grat. et lib. arb. 1.6, cc. 5-8; P. 193 ss.; W. 284 ss.; Mazz., 756 s.; V. Noort, 77 s.; Billot, th. 13.

GRATIA; Donum supernaturale; agitur de *prima* gratia actuali, non autem de gratia ex praecedenti gratia.

NON DEBETUR: nulla nempe esset in Deo iniustitia si hominibus, vel propter naturam, vel propter eius opera scl. meritum aut impetrationem aut dispositionem, omnem gratiam denegaret. P. 193; Mazz. 756.

PRIMA PARS

GRATIA NON DEBETUR ULLI EXIGENTIAE NATURALI

EXIGENTIA: (in genere) id quod requiritur vi necessitatis alicuius vel iuris.

EXIGENTIA NATURALIS: id quod requiritur ut natura aliqua non sit frustra.

DUPLEX: (1-2.113.1.2m)

(a) respectu ipsius naturae humanae quae qua talis non posset relinqui a Deo sine gratia; (prima pars) [NATURA]

(b) respectu operum naturalium hominis: [OPERA NOSTRA]

OPERA NOSTRA:

- (1) MERITUM: de condigno, vel de congruo;
- (2) PRECES seu IMPETRATIO;
- (3) DISPOSITIO: positiva vel negativa.

ADVERSARII:

(1) MANICHAEI: Merito naturae bonae, omnia animae humanae debentur quae ad summam perfectionem et beatitudinem requiruntur.

(2) BAIANI, IANSENISTAE: Natura creata ex se est tam inepta ad finem assequendum, ut Deus salva bonitate et sapientia sua non possit ei gratiam

denegare. Unde ante peccatum gratia fuit debita; post peccatum est indebita quatenus indignis i.e. peccatoribus datur.

(3) AUGUSTINENSES: Gratia sanctificans est donum plane indebitum naturae integrae; gratia autem actualis ‘ex decentia creatoris’ debetur naturae, ne in summam miseriam ruat. P. 194 s.; Scheeben: Dogm. 3. 621 ss.

NOTA: PROXIMA FIDEI: Dz. 1011, 1385.

PROBATUR:

(1) EX SS.:

(1) QUOAD gratiam sanctificantem: Stat ex elucidatione prima et ex tract. de gratia sanctificante. P. 196: 2 Pet. 1.2 ss. (quomodo = quoniam); 1 Jo. 3.1 s.; Eph., 1.15 s.

(B) QUOAD gratiam actualem: Describitur, sicuti totus ordo gratiae, praesertim apud Paulum, ut aliquid quod soli infinitati caritati Dei debetur et ut transcendens omnem creatam potentiam.

Eph. 3.8, 14 ss.; Col. 1, 10 ss.; Eph. 1.5 ss.; Rom 8.14 ss.; Jo. 17.20 ss. Cf. p. 197.

(2) EX DOC. ECCL.: Dz. 192, 199, 1011, 1385; Col. Lac. 7.518a, 567, 1637b, 1638a.

(3) EX PP.: Docent:

(a) gratiam superare omnes exigentias naturae, v.g. R. 1456, 1939, 1952, 1982, 2106;

(b) gratiam esse essentialiter gratuitam v.g.: R. 1443, 1451 s., 1456, 1458, 1473, 1496, 1791, 1807, 1837, 1851, 1857, 1889, 1974, 199[?], 2005, 2034, 2044 s.

(c) Essentialem distinctionem inter gratiam et dona naturalia v.g. R. 253, 529, 699, 813, 941, 950, 960, 1027, 1185, 1318, 1433, 1755, 2108, 2115, 2265, 2359. Cf. Scheeben: Dogm. 3, 674-699.

(4) RATIONE: De Verit. 6.2; 1-2. 111, 1, 2m.

SECUNDA PARS

GRATIA NON DEBETUR ULLI MEROTO NATURALIS HOMINIS:

MERITUM (abstracte): ipsum ius ad praemium, sive ex iustitia, sive ex benevolentia, aequitate aut decentia.

MERITUM (concrete): Est actus qui in obsequium alterius ita praestatur ut praemio dignus sit.

in actu primo = valor operis

in actu secundo = acceptatio operis a praemiante.

DUPLEX MERITUM:

DE CONDIGNO: quando valor operis est moraliter proportionatus ad praemium; huic merito respondet titulus iustitiae et merces debita.

DE CONGRUO: quando valor operis non est moraliter proportionatus ad praemium, sed solum allicit benevolentiam alterius ad praemium dandum; huic merito respondet titulus aequitatis *cuiusdam* et praemium ex decentia conveniens.

MERITUM HOMINIS: hic intelligitur actus naturaliter honestus qui exigeret gratiam ut praemium; tali actui denegatur meritum tum de condigno, tum de congruo.

ADVERSARII:

PELAGIANI: Homo DE CONDIGNO gratiam potest mereri.

SEMI-PELAGIANI: homo DE CONGRUO gratiam potest mereri.

NOTA:

DE FIDE DEFINITA: Dz. 191, 200 (ubi reiicitur omne meritum absque restrictione, sive de condigno sive de congruo siquidem omnino negat omne meritum naturale) 797, 813. Cf. V. Noort, 78.

PROBATUR:

(1) EX SS. EPISTOLA AD ROMANOS:

Doctrina Pauli in hac epistola sic potest COMPENDIOSE enuntiari.

PRIMA ASSERTIO: Christus non datus est ob ullorum merita, sed ex gratuita Dei benevolentia et misericordia. Sic probatur:

- (a) Omnes, tum Iudaei, tum gentiles erant peccatores: cc. 1-3;
- (b) Ipse Abraham non per opera, sed per fidem iustificatus est: c. 4;
- (c) Omnes tum Iudaei tum gentiles mortui sunt in Adamo et vivificati sunt in Xto: cc. 4, 5, 6;
- (d) Lex mosaica non habebat virtutem iustificandi sed *sola gratia*, qua adveniente, lex exinanita est cc. 7 et 8;
- (e) Etsi multi filii Abrahae secundum carnem, non attentis eorum operibus, alios computavit Deus inter filios repromissionis, alios exclusit: c. 9.

SECUNDA ASSERTIO: Posteritas Abrahae cui facta est promissio de Christo est ea quae est secundum propagationem spiritus et proinde sunt filii Abrahae, ii qui spiritum eius et fidem imitantur. Sic probatur:

- (a) Ismael et Esau non computantur inter filios eius, etsi secundum carnem filii; e contra Isaac et Iacob: c. 9.
- (b) Ex testimonio Oseae et Isaiae qui docent fvocandos esse non tantum Iudaeos sed et gentiles: c. 10.
- (c) iustitia non ex lege est, sed ex fide quae omnibus proponitur et proinde eos possunt esse filios Abrahae.
- (d) Ex variis SSae textibus quibus probat Deum non tantum Iudaeis sed et gentilibus dare gratiam.

TERTIA ASSERTIO: Omnibus prorsus, sive Iudaeis, sive Gentilibus, Evangelium est praedicandum. Lex gratiae dat fortitudinem, lex mosaica obligat sed non dat fortitudinem.

UNDE SIC ARGUITUR:

Si homo operibus mere naturalibus gratiam mereretur sive de condigno, sive de congruo:

- (1) Haec gratia foret ex operibus;
 - (2) homo sine gratia sese discerneret ab aliis in negotio salutis et posset de se gloriari;
 - (g) Deus non ex pura misericordia, sed ex debito, volenti et currenti gratiam largiretur;
- Atqui haec ab apostolo damnantur;
Ergo ...

MAIOR: Patet

MINOR:

- (1) Rom 5.5 ss.; 11.6;
- (2) Rom 4.4; 9.21; 11.33-37; (1 Cor 4.7; Eph 2.8 ss.)
- (3) Rom 9.11 ss., 15 s., 31 s.

(2) EX DOC. ECCL.: Dz. 135 ss.; 176-82; 191, 200, 200a s.; 797 ss.; 801; 1518, 3038 s. = 200a. s.

(3) EX PP.: Gratuitas omnimoda gratiae est principalis doctrina ab ipsis statuta contra Pelagianos, v.g. R. 220, 1165, 1177, 1204, 808, 1791, 1807, 1851, 1857, 2034.

(4) RATIONE: (1-2.114.5)

Ut aliqui actus praemium determinatum merentur, sive ex iustitia sive ex docentia, debet existere aliqua proportio inter actum et hoc praemium.

Atqui inter actus naturales et gratiam supernaturalem, nulla est proportio, ut patet ex terminis et ex antea dictis.

Ergo ...

TERTIA PARS

GRATIA NON DEBETUR PRECIBUS HOMINIS NATURALIBUS

ORATIO: explicatio desiderii coram DEO ut aliquid ab eo impetremus. 2-2.83.1: Oratio est petitio decentium a Deo.

IMPETRATIO: Moralis motio libertatis aut misericordiae Dei per humilem deprecationem (Palmieri). Est scilicet:

CONFESSIO explicata propriae indigentiae, et
PROTESTATIO implicita bonitatis, misericordiae et potestatis Dei.

PRECES: sunt petitiones quibus homines Deo proponunt necessitates et desideria sua, et provocant ad Dei omnipotentiam et benignitatem ut sibi desideria concedat. Thesis negat Deum dare dona supernaturalia propter preces solis naturae viribus elicitas. P. Comp. 263.

PRECES hic considerantur quo 'impetratoriae' non qua 'meritoriae,' si quod forte meritum haberent in ordine naturali. 2-2.83.15 et 16.

ADVERSARII: Semi-Pelagiani.

NOTA: SALTEM CERTA.

PROBATUR:

(1) EX ARAUSICANO et PP. scribentibus adversus Pelagianos.

Dz. 179; 176 ubi non habetur definitio quia non apparet utrum sumatur invocatio qua 'petitio' vel qua 'meritum.' Dz. 1518. R. 1451, 2006, 2034. P. 205.

(2) EX S.S.: suadet v.g. ex Rom. 8.15, 26 ss.; Io. 15.7; Gal. 4.6; ubi efficacia orationis nostrae tribuitur Spiritui Sancto et unioni cum Christo.

(3) RATIO (Dz. 1518) idem suadet, quia non habetur proportio inter orationem naturalem et donum supernaturale, nam sine gratia neque cognoscere nec appetere possumus obiecta supernaturalia, ut oportet.

Atqui non possumus orando impetrare quod nec cognoscamus nec appetimus. In oratione enim, petens movet benefactorem ad misericordiam, ei ostendendo indigentiam vel privationem boni quod nec cognoscit nec appetit. P. 206 ss. (In ordine supernaturali qui incapax est meriti impetrare potest pro aliis.)

QUARTA PARS

HOMO NEQUIT NATURALITER SE POSITIVE DISPONERE AD PRIMAM GRATIAM ACTUALEM.

DISPOSITIO: id quo aliquid plus minusve proxime constituitur idoneum ad aliquid suscipiendum, seu id quo proportionatur subiectum ad aliquid.

Dispositio aliquo modo agit ad modum causae materialis. (de la Taille: Mystery of Faith and human opinion contrasted and defined, p. 404).

DUPLEX EST:

PHYSICA: id quo materia plus minusve constituitur idonea ad formam recipiendam.

MORALIS: id quod, suo valore, plus minusve movet aliquem ad aliquid conferendum.

UTRAQUE: est vel positiva, vel negativa;

NEGATIVA: id quod se habet ad modum removentis prohibens = non-aggravation de déchéance.

POSITIVA: id quod ex se ordinem habet ad aliquid recipiendum.

SE DISPONERE POSITIVE ad gratiam recipiendam est ponere actum quo anima acciperet idoneitatem ad gratiam recipiendam, ultra id quod ex natura habet; adderet nempe aliquid ad potentiam obedientialem. Vide Tract. de Grat. Sctf. iam thesim.

SE DISPONERE NEGATIVE: est vel omittere actum peccaminosum, qua gratiae impedimentum poneretur (removeere prohibens) ve ponere actus naturales quibus e

SE DISPONERE NEGATIVE: est vel omittere actum peccaminosum, qua gratiae impedimentum poneretur (removeere prohibens) vel ponere actus naturales quibus exercitium operum salutarium faciliteretur, nempe debilitando habitus vitiosos, aut acquirendo habitus honestos; sic homo redderetur non quidem dignus sed minus indignus; est scilicet non ponere maiora impedimenta.

FACIENTI: nempe quod naturaliter in se est, Deus daret gratiam NON QUIA facit EI QUI facit;

dum NON FACIENTI, propter obicem quam ille ponit, gratiam Deus saepe denegat.

In Schemata Conc. Vat.: Col. Lac. 7. 553 A haec leguntur:

‘Quando definitur necessitas gratia actualis ad volendum aut perficiendum bonum aliquod, sicut oportet, ut disponat ad iustitiam Christianam, id intelligitur de dispositione positiva et per modum meriti de congruo, non autem de dispositione improprie dicta et solum negativa, quatenus homo maiora impedimenta gratiae non ponat. Cf. S. De Grat. 1. 4, cc. 12-17; 1. 8, c. 7.’

ADVERSARII: Semi-Pelagiani.

NOTA: SALTEM CERTA. Cf. Van Noort, 79.,

PROBATUR:

(1) EX CONC. ARAUSTIC. Dz. 179.

Concilium negat absolute gratiam nobis conferri ob ullum ex actibus qui a nobis fiunt viribus naturalibus, sed ex gratia docet haberi quod actum quemlibet debito modo facere possimus.

Atqui quo ob nullum prorsus actum naturalem habet ut gratia sibi conferatur, ille nequit viribus naturalibus sese positive disponere ad primam gratiam actualem.

Ergo ...

MINOR patet, nam haec dispositio positiva, seu idoneitas ad gratiam recipiendam acquiritur per aliquem actum liberi arbitrii, quo homo sibi dat aliquam habitudinem ad gratiam. Cfr. Dz. 1518; 813.

Dz. 179 abstrahit a voce 'dispositionis' sed sat excludit omnes modos quibus huius modi dispositio haberetur.

Dz. 176, 177, 178: non definitur sed utique dicitur omnis actus dispositionis naturalis nil facere ad obtinendam gratiam. Cf. Phil. 1.6; 2.13.

(2) EX PP. qui extollunt omnimodam gratuitatem gratiae et ipsum initium motus salutaris adscribunt auxilio supernaturali. Dz. 178.

(3) EX TT. v.g. 1-2.112.1; 2-2.2.5.1m.

(4) EX RATIONE:

Ubi habetur dispositio positiva subiecti, ibi habetur aliqualis exigentia ad formam recipiendam;

Atqui naturaliter nequit existere vel aliqualis exigentia creaturae ad gratiam supernaturalem, ut patet ex ipsa notione entis supernaturalis.

Ergo in homine nulla potest esse naturaliter dispositio positiva ad gratiam supernaturalem.

ADDE quod gratia actualis non necessario supponit vel dispositionem negativam si haec de facto existat. V.g. conversio Pauli, mariae Magdalenae, Samaritanae.

SCHOLION: 'FACIENTI QUOD IN SE EST DEUS NON DENEGAT GRATIAM.' (Dz. 1648, 1677)

P. 210 ss.; Mazz. 848 ss.; V. Noort 81 s.; Capéran: Le salut des infidèles. Essai théologique, pp. 39 ss.; Id Essai historique: Cf. Indicem. DTC. Infidèles, 1788 ss.; 1853 ss.; DA: Salut des infidèles, 1172 ss.; DTC. Mérite: 696-2a par.; 693-98;

Lessius: De grat. efficaci, c. 10; S. De grat. 1.4, c. 15; Billot: De Grat., 99b; 200 ss.; Boyer, 75 s., 247 s.; 258 ss.

Col. Lac. 7.553a.

DIFFICULTATES: W. 288 s.; P. Comp. 265 ss.; V. Noort, 80; Mazz., 777 s.

TESSERA: Si gratia tantopere necesse est malis ut boni sint, bonis ut meliores sint, melioribus ut perfecti sint, perfectis ut perseverantes sint, omnibus ut BONA faciant et BENE, illam solam quaeramus, illam gemitibus inenarrabilibus postulemus, quae sola est qua egemus ut ELEVEMUR et permaneamus in vita supernaturali, ut MOVEAMUR ad actus vitae supernaturalis et ut SANEMUR a vulneribus nostris ex peccato originali dimanantibus.

C. DE NATURA GRATIAE ACTUALIS

N.B. Gratia est entitas quae secundum suum conceptum proprium ex propriis a nobis apprehendi nequit, utpote aliquid spirituale, i.e. supernaturale. Unde secundum conceptus analogos nobis definienda et explicanda est, i.e., sed conceptum proprium ex communibus.

Thesis 11

AD RATIONEM GRATIAE ACTUALIS PERTINENT TUM ILLUMINATIONES INTERNAE ET INSPIRATIONES VOLUNTATIS, TUM ETIAM ACTUS INDELIBERATI ET DELIBERATI.

S.Th. 1-2, 110 et 111, 2 et 3; Suarez, l. 3, cc. 2-8; Bellarm.: De grat. et lib. arb. 1.6, c. 15; P. 11-45; W. De grat. 252 s.; Palmieri: De grat. th. 1-9; Hurter, th. 172 s.; Ber., p. 28 ss.; Pohle: Grâce, p. 3 s.; DTC, Grâce, 1568 s.; 1636; Billot; Poulain: Les grâces d'Oraison, 10^e ed. (Bainvel) pp. 661-72; Imitatio Christi: l. 3, c. 54.

DOCUMENTA ECCL. Dz. 104, 135, 176-80, 797, 798, 1791.

GRATIA ACTUALIS: est auxilium supernaturale transiens, gratis a Deo datum ad bonum faciendum et malum vitandum. Dicitur actualis quia solo actu absolvitur, non autem per modum habitus ut gratia sanctificans, quae est qualitas permanens.

AGITUR in thesi de gratiis internis. Dz. 180.

AD RATIONEM GRATIAE ACTUALIS PERTINENT: non determinando utrum illa sint formaliter gratia vel tantum eius effectus proprii et immediati. Asserimus id in quo omnes catholici conveniunt, nempe actus ipsos nostri intellectus et voluntatis, tum deliberatos, tum indeliberatos, in quantum habent Deum ut auctorem ordinis supernaturalis sub nomine gratiae actualis intelligi posse et debere.

Gratia illa potest esse externa, v.g. sermo sacer, pictura pia, exemplum sanctum; sed in thesi agitur de gratia interna.

INTELLECTUS: Facultas cognoscitiva, quae versatur circa ‘ENS,’ ut VERUM est, percipiendum.

VOLUNTAS: Facultas appetitiva quae versatur circa ‘ENS,’ ut BONUM est, amplectendum.

LUMEN facit videre obiecta;

LUMEN INTELLECTUALE facit videre, melius perspicere, penitus penetrare veritatem.

ILLUMINATIO INTERNA INTELLECTUS intelligitur supernaturalis, subiectiva et *immediata*, quae fit per infusionem interni luminis quam Deus praebet, ‘indebito auxilio confortans mentem ut veritatem rite apprehendat’; non necessario independenter ab omni obiecto praesentato, sed ita ut intellectus diverso modo se habeat circa obiectum illud ac se haberet si ex solo influxu obiecti moveretur. (Ps. 118.6, 9). Est nempe illuminatio non tantum materialis sed formalis et perficit varios actus intellectus, scilicet apprehensiones et iudicia sive speculativa sive practica. R. 1853; N.B.: R. 1723, 1856.

ILLUMINATIO IMMEDIATA de qua loquimur, secreta, interna, mirabili, ineffabili et occulta operatione, immediate a Deo producitur.

ILLUMINATIO NATURALIS obiectiva et mediata ea est quae vi legis psychologicae, ex ipsa obiecti propositione, sponte sua in intellectu oritur.

INSPIRATIO VOLUNTATIS intelligitur non tantum mediata, sed etiam et praesertim immediata.

MEDIATA est motio quae oritur in voluntate ex illustratione intellectus sive mediata (praedicatione) sive immediate (infusione luminis).

IMMEDIATA est motio qua Deus directe et physice speciali modo influit in ipsum principium intrinsecum volendi, et quasi independenter ab intellectu.

ILLAE INSPIRATIONES voluntatis pertinent ad omnes passiones voluntatis: Amor, odium; desiderium, fuga; spes, desperatio; timor, audacia; gaudium, tristitia; ira. (1-2.23.2 et 4). Dz. 798, 898.

ACTUS INDELIBERATI sunt actus physice et vitaliter ab homine elicit sine reflexione et sine consensu voluntatis; qui nempe omnem liberam electionem anteverunt, immo aliquando contra liberum nisum voluntatis. Rom. 7.14 ss.; Procedunt a facultate. quatenus est natura (thelesis); non quatenus est libera (boulesis); in nobis, sine nobis, ut ait Augustinus.

ACTUS DELIBERATI sunt actus qui cum reflexione ab homine eliciuntur; qui iterum possunt esse principium novorum actuum deliberatorum.

SENSUS THESEOS:

Solius Dei est penetrare in intima intellectus et voluntatis, lumen menti infundere et amorem voluntati, et proinde recte inter gratias adnumeranda sunt quae in statu theseos explicata sunt. C. S. Ignatium: Regulae ad disc. spir. II, 2. – Proinde non in mera externa praesentatione obiecti. ‘Solius est Dei Domini nostri dare consolationem animae sine causa praecedente, quia proprium est Creatoris animam intrare, egredi, facere motionem in illa.’ (S. Ignat. l.c.) Vide Poulain¹⁰. Grâces d’Oraison pp. 661-72; Imit. Christ. l. 3, c. 54.

ADVERSARII:

Contra illuminationem et inspirationem. Quesnellus: Est ipsa omnipotentia divina. Dz. 1369-1375. In 1360 s. non tam ut omnipotentiam quam irresistibilem influxum gratiae docere voluit.

Antoine Arnauld et quidam Iansenistae, quo docent gratiam definiri ‘ipsum actum creaturae deliberatum’; negant nempe ad rationem gratiae pertinere etiam actus indeliberatos. Dz. 1092-98; 1296 s. Mazz. 133 ss.

NOTA:

Quod *aliqua* gratia actualis consistat in illuminatione intellectus et inspiratione voluntatis:

DE FIDE: Dz. 178-80, 797, 1791.

Quod immediata sit saltem illuminatio intellectus, et consequenter mediata inspiratio voluntatis.

DE FIDE: Dz. 178-80, 797, 1791.

Quod *immediata* etiam habeatur *inspiratio voluntatis*: Sententia COMMUNIS ET CERTA.

Quod inter gratias numerandi sunt actus tum indeliberati tum deliberati: COMMUNIS ET CERTA quoad utramque partem.

PRIMA PARS

ILLUMINATES INTELLECTUS

PROBATUR

(1) EX S.S.:

2 Cor 3.5 ss. (cogitare); 2 Cor 4.6 (lux, illuminatio, splendor, scientia); 1 Cor 3.6 ss. (incrementum fidei); Eph 1.17 ss. (sapientia, revelatio, illuminatio); Io 6.45 (docibiles, discere); 1 Cor 12.3 (loqui, dicere); Lc 24.45 (aperitio intellectus); Act 26.16 ss. (conversio Pauli); Act 16.14 (aperitio); 1 Io 2.20 (unctio); 1 Io 2.27 (unctio, doctio).

Ubi gratia aliqua interna describitur ut cogitatio, lux, illuminatio, incrementum, scientia, sapientia, revelatio, agnitio, docibilitas, discere, dictio, aperitio sensus, intellectio, aperitio cordis ut intenderat his quae dicebatur, unctio quae docet, docere, aperitio oculorum, visio coelestis quae omnia ut patet pertinent ad intellectum eiusque illuminationem.

UNDE SIC ARGUITUR:

In his locis, ad actus salutare assertuntur necessariae praeter praedicationem externam quaedam illuminationes internae quae non sunt a nobis sed a Deo, et quae superant facultates nostras;

Atqui talia dona sunt gratiae actuales;

Ergo ad rationem gratiae actualis pertinent ...

(2) EX DOC. ECCL.: Dz. 104, 193, 135 ss.; 178-80, 797, 1335, 1521, 1791.

(3) EX PP.:

(a) Est aliqua motio interna; unde in intellectu vel voluntate. v.g. R. 833, 1343, 1556, 1736, 1764, 1853, 2043.

(b) Est illuminatio intellectus, v.g., R. 430, 704, 1483, 1485, 1720, 1722, 1734, 1852 s., 2034, 1043, 2276; RA 232, 591, 626, 1040, 1204.

(4) EX TT.: S.Th., 1-2, 109, 1; S. ? 1. 3, c. 5 (SCG?)

(5) RATIONE:

Actus intellectus sunt: (1) apprehensio et (2) iudicium sive speculativum sive practicum;

Atqui gratia actualis pertinet ad actus illud;

Ergo ad rationem gratiae pertinent illuminationes intellectus.

MINOR:

(1) apprehensio v.g. dolor Xti in passione;

(2) iudicium speculativum v.g. revelatio est credibilis;

(3) practicum v.g. video esse credendum. P. 24.

De vocatione gent. 2.26 PL 51.74: 'Gratia Dei illa in omni iustificatione principaliter praeeminet, suadendo exhortationibus, novendo [movendo?] exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium corque ipsum illuminando et fidei affectionibus imbuendo.'

SECUNDA PARS

INSPIRATIONES IMMEDIATAE VOLUNTATIS

N.B . Probata illuminatione intellectus supernaturali, sequitur dari motionem voluntatis mediatam, nam omnis illuminatio intellectus manifestando verum eo ipso voluntatem ad bonum allicit et proinde eam mediate movet; hoc saltem deduci

potest ex textibus citandis. Unde in argumento de immediata voluntatis inspiratione.

(1) EX SS SUADETUR.

Phil. 2.13 (velle); Io 6.44 (trahere); 2 Cor 6.1; Prov 21.1 (cor, velle); 3 Reg 8.57 ss. (inclinare corda); Rom 9.16; Thren 5.21 (converte); Cant 1.3 (trahe).

INSPIRATIONES voluntatis illae a SSa describuntur ut velle, tractio, inclinatio cordis, conversio; unde videntur immediate afficere voluntatem.

(2) EX DOC ECCL.: Dz. 104, 135, 178, 179 s., 798, 898.

(3) EX PP.:

N.B. Ipsi PP. non coarctant vocem 'inspiratio' ad motionem voluntatis, cum illam adhibeant etiam ad motionem intellectus sed saepe apparet distinctio. R. 1485.

(a) R. 53, 430, 548, 1159, 1456, 1568, 1572, 1576, 1720, 1722, 1724, 1736, 1821 s., 1852 s., 1955, 2035, 2091.

Le Bachelet: Auctarium Bellarminianum pp. 153-56 et

Le Bachelet: Grâce et prédétermination: I, pp. 113-24; 284-94 ubi invenies congeriem textuum ex S. Aug.

(b) RZ: 229 fine, 233, 579, 586, 590, 591, 751, 796, 1024, 1227, 1967.

UTRAQUE PARS PROBATUR:

(1) EX LITURGIA (Cf. Mazz., p. 94, n. 127)

In suis precibus Ecclesia auxilium divinum implorans, postulat lucem quae illuminet intellectum; suavitatem et dilectionem, quae accendat et inflammet corda nostra.

Hoc auxilium denominatur:

Ex parte intellectus: illustratio, scientia, illuminatio, cogitatio, aperitio veritatis, lucutio in cognitione, suasio, revelatio, cognitio, vocatio, tractatio, inspiratio, pulsatio.

Ex parte voluntatis: inspiratio dilectionis, delectatio coelestis, bona voluntas, inspiratio suavitatis, iucunditas, caritas, cupiditas boni, sanctum desiderium.

Plurima talia testimonia: v.g.

Deus qui corda fidelium ...
 Dom. IV post Pent., secreta.
 Sacramentario S. Leoni M. tributo.
 ‘Aperi, Domine, os meum ... ‘

(2) EX EXERCITIIS Si. P. IGNATII: Petam duas gratias:
 Unam pro intellectu: UT VIDEAM;
 Unam pro voluntate: UT VELIM.

(3) RATIONE THEOLOGICA suadet utraque pars:

(a) Considerando gratiam qua ‘ELEVANTEM,’ vel qua ‘concursum connaturalem.’ (Motio) SIC:

Homo potest mereri et de facto meretur consequi finem supernaturalem.

Atqui homo non potest mereri finem supernaturalem nisi eius intellectus et voluntas iuventur auxilio supernaturali;

Ergo auxilium supernaturale seu ratio gratiae actualis verificatur in talibus illuminationibus intellectus et inspirationibus voluntatis.

MAIOR: Mt 16.27, 25, 34 ss. et fusius postea in tractatu de Merito.

MINOR: Meritum pertinet ad facultates hominis superiores, nam actus moralis est actus voluntatis cum cognitione intellectuali finis.

Praeterea motus in finem incipit in intellectu et perficitur in voluntate. Iamvero ex antea dictis, nulla facultas creata ad hoc attingere potest absque auxilio supernaturali. Heb. 11.8.

(b) Considerando gratiam qua ‘SANANTEM’

Secundum S. Th. (1-2.85.3) sunt 4 vulnera naturae:

(1) ignorantia in intellectu;

(2) malitia in voluntate;

(3) infirmitas in irascibili (res difficiles)

(4) concupiscentia in concupiscibili (res amabiles).

Gratia in statu naturae lapsae est medicinalis;

Atqui tum intellectus tum voluntas vulnerata sunt;

Ergo oportet medeatur tum ignorantia intellectus, tum malitia, infirmitas et concupiscentia voluntatis.

1-2.23.4; 1-2.25.3 et 4; 1L.52.230 D.

THESIS 12

GRATIA VIRES CUM MORALES TUM PHYSICAE CONFERT AD SALUTARITER AGENDUM.

B. De grat. et lib. arb. 1.1, c. 13; S. 1.3, c. 4, n. 12; 3.15; P.45 ss.; Palmieri: th. 15, 19; Mazz., n. 88 ss.; Tanq., 25 ss.; Pohle, p. 15; Ber., p. 80 ss.

VIRES: robur, nervi, facultas, potentia agendi (Forcellini).

VIRES MORALES in eo consistunt quod homo propositis bonis elicitur ad agendum, vel comminatione malorum deterretur ab agendo. Illae vires agunt per modum exhortationis et suasionis, intentionaliter coniungendo potentiam cum obiecto; spectant igitur ad facultatem, non praecise QUA facultatem, SED QUA intellectivam et volitivam. Supponunt vires physicas et solum augent inclinationem in bonum et minuunt inclinationem in malum; unde influunt quatenus sunt intentionales; inteionaliter agunt.

NON AUGENT ‘per se’ vires physicas, sed ‘per accidens,’ quatenus ponunt condiciones quibus facilius sese exserunt vires physicae. B.l.c. (5, 532-1 col.). Removent difficultates, dant ‘facilius’ posse; 1-2, 83.5.

INFLUXUS MORALIS vocat, excitat, allicit, trahit v.g. magister munusculis discipulum allicit ut bene scribat.

Haec est gratia un ‘SANANS’ seu ‘medicinalis.’ Mediate tantum influit in actionem.

VIRES PHYSICAE: sunt principia efficientia actus, ita ut sine illis non solum difficile, sed absolute fieri non potest, id quod fit per ipsas; oriuntur ex ipsa entitativa perfectione principii agentis, imo est illa ipsa perfectio prout est ordinata ad agendum.

Agunt per actionem proprie dictam; influunt per efficientiam.

Spectant ad facultatem ut facultatem, ita ut sine illis, abstractione facta a quacumque circumstantia difficultatis vel facilitatis, absolute fieri nequeat id quod per ipsis fit. Addunt NOVAS VIRES ordinis superioris.

Non tantum removent difficultatem sed et impossibilitatem; non tantum dant ‘facilius posse’ sed ‘simpliciter posse.’

Influxus physicae immediate influit in actiones, v.g. Magister manum discipuli ducit et simul cum eo scribit.

UNDE DICENDUM:

(1) Vis absolute necessaria ad eliciendos actus supernaturales NON est TOTA a natura.

(2) Ea vis est quoque a gratia.

(3) Per gratiam formaliter existentem in natura vis physica facultatis est maior, ita ut facultas actum in ratione entis perfectiorem edere possit quam sine gratia.

Haec est gratia ut 'elevans' simul et 'movens' in peccatore; 'movens' et aliquo vero sensu 'elevans' etiam in iusto (2 Cor 3.5; Phil 2.13).

SENSUS THESEOS:

Per gratiam actualem, non solum allicitur ut vires, quas iam habet, exserat, sed etiam intrinsecus confortatur, ut plus virium physicarum habeat quam sine gratia.

ADVERSARII:

Quidem restringunt gratiam excitantem ad solas vires morales. Falso citantur inter adversarios Molina et Lessius (Mazz., 191) licet cum aliqua distinctione; nempe non videntur ponere vires physicas pro actu indeliberato. Pohle; Pesch, 49.

NOTA:

Gratia confert VIRES MORALES: CERTA ET COMMUNIS.

Gratia confert VIRES PHHSICAS: MULTO COMMUNIOR ET PROBABILIOR.

VIRES MORALES (SANANS)

N.B. gratia 'ut sanans' est propria ordini naturae lapsae

PROBATUR:

(1) EX S.S.:

Illud auxilium confert vires morales quod vocat, excitat, illustrat, suadet, inclinat, pulsat, allicit, delectat, suavitatem dat, trahit ad bonum.

Atqui, iuxta S.S. gratia vocat etc. ...
Ergo gratia actualis confert vires morales.

MINOR: Prov. 21.1; Eph 5.14; Io 6.44; Apc. 3.20; Lc. cc. 10-15: Cf. Textus thesis praecedentis.

(2) EX DOC. ECCL.: Dz. 180, 130, 317: Sicut gratia sanctificans ‘sanat,’ ita gratia actualis.

(3) EX PP.: Idem argumentum. Cf. P. 46, P. Comp. 211; et PP. in thesibus praecedentibus citati. R.1821, 1822 s.; De victrice delectatione. R. 1568,. 1594, 1722, 1724, 1737.

(4) EX LITURGIA:

V.g. ‘Lava quod est sordidum; Riga quod est aridum, *Sana* quod est saucium. Flecte quod est rigidum, Fove quod est frigidum, Rege quod est devium’ *Secreta IV Dom. Post Pent.*; ‘Domine ... ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates.’

(5) RATIONE confirmatur.

Nam agens naturale non debet ut res inanimis vel brutum impelli ad actus suos, sed cognitione et dilectione moveri ad agendum.

Ergo. Scd. nempe modum omnino adaptatum naturae humanae quae est intellectualis natura.

VIRES PHYSICAE (ELEVANS)

N.B. Gratia ut ‘elevans’ et ‘movens’ est propria ordini elevationis cuilibet.

In hac parte agitur DE FACTO.

Quoad modum quo seu de QUOMODO gratia confert vires físicas, non consentiunt TT. in adscribenda causa producente vires illas. P. 49; Com. 214. 1-2. 110.2; Pot. 3.7.

(1) Molina, Ripalda, Lessius censent ipsos actus illustrationis et inspirationis, ut sunt entia supernaturalia, esse causam physicam, quae supposito concurso divino producit rationem supernaturalitatis in actibus deliberatis. Actus se tenet ex una parte, gratia ex altera. (Elevatio extrinseca)

(2) Suarez, Tanner, alii censent causam physice confortantem non esse quidquam creatum sed esse Spiritum Sanctum quo immediate adiuvat voluntatem ad actus liberos supernaturales eliciendos. S. De grat. l.3, disp. 17 ss.

(3) Thomistae et alii bene multi censent physicam causalitatem non esse habitualement sed consistere in qualitatibus fluentibus, in intentione nempe aliqua habente ens incompletum, in scilicet virtute fluente ut in thesi sequenti videbitur. (Qualitas fluens)

PROBATUR

(1) EX S.S.:

Illud auxilium confert vires physicas agenti, quod dat sufficientiam ad agendum salutariter et opus salutare reddit, non tantum facilius, sed impliciter possibile.

Atqui iuxta SS gratia dat nobis sufficientiam ad agendum salutariter et opus salutare reddit, non tantum facilius, sed simpliciter possibile.

Ergo ...

MINOR: Io 15.5; 2 Cor 3.5; 8.6; Phil 2.13; 1 Cor 15.10 et ex plurimis textibus quibus supra probavimus necessitatem gratiae ad ponendum actum salutarem.

(2) EX DOC. ECCL.: Dz. 103 s.; 105, 131, 135, 179 s., 797 (movere se), 809 (vitis), 811-813; scilicet

- (a) Sine gratia nil 'ad salutem' operari possumus.
- (b) Gratia non solum dat 'facilius' posse, sed 'simpliciter' posse;
- (c) Sine gratia nullum opus salutare, 'sicut oportet,' 'recte,' facere possumus.
- (d) Nec Adamum innocentem potuisse aliquid boni salutare facere, absque gratia.
In Conc. Trid. saepe saepius expressiones: 'Moti a Deo'; 'Excitati a Deo.'

(3) EX PP.: Cf. R. [references illegible]

(4) RATIONE confirmatur:

(a) Ex eo quod saepe actus supernaturales non offerunt magnam difficultatem superandam, ideoque non videntur necessario exigere vires morales novas ut producantur, quia tamem necessario exigunt auxilium novum, concludendam videtur munus huius auxilii esse conferre vires physicas.

[References illegible]

(b) Praeterea agens quod non habet nisi vires phhysicas naturales non potest producere actum entitative supernaturalem, quin novas vires phhysicas [word?]

(c) Constat quod ordo supernaturalis secundum perfectionem ontologicam excedit ordinem naturalem; potestas proinde agendi propria ordinis supernaturalis debet ontologice praestare potestati ordinis naturalis; cum ergo per gratiam ea potestas conferatur, oportet quod gratia excellentiorem perfectionem ontologicam facultatibus nostris tribuat, quod non aliud est quam vires phhysicas ei conferre. Palmierri, p. 50.

(d) 1-2. 109. 9. sol.

a – Ut a Deo moveatur ad agendum (vires phhysicae);

b – Ut sanetur quantum ad carnem (vires morales).

COROLLARIUM: En classica definitio P. Perrone:

GRATIA ACTUALIS est gratuitum illud auxilium (causa formalis) quod Deus (causa efficiens) per Christi merita (causa meritoria) eiusque influxum physicum homini lapso (causa materialis) largitur, tum ut *eius infirmitati* consulat (causalitas moralis) tum ut eum erigat ad statum supernaturales atque *idoneum* faciat ad actus supernaturales eliciendos (*causalitas physica*), ut *iustificationem* possit adipisci (causa finalis inadaequata) in eaque iam consecuta perseverare, donec perveniat ad vitam aeternam (causa finalis adaequata). Cf. Pohle, p. 18.

DIFFICULTATES:

TESSERA: Gratiae Dei obedientia ?? humana non subtrahat, nec ab illo bono, sine quo non potest bona esse, deficiat; ac si quid sibi impossibile aut arduum in mandatorum effectibus experitur, non in se remaneat, sed ad iubentem recurat, qui ideo dat praeceptum, ut excitet desiderium et praestet auxilium, dicente propheta: Iacta in Deum cogitationem tuam et ipse te enutriet (Ps 54, 23). S. Leo Magnus (R. 2201).

Thesis 13

GRATIA ACTUALIS, CONSIDERATA IN SEIPSA, EST MOTIO DIVINA IN FACULTATE RECEPTE, PRINCIPIANS ACTUM SUPERNATURALEM FACULTATIS, ET EST INTENTIO QUAEDAM SEU VIRTUS HABENS ESSE INCOMPLETUM. (ENS VIAL)

S. Th. 1-2, 109, 110, 111 passim; Suarez: De grat. l. 3; Bellarm.: De Grat. et lib. arb. l. 6, c. 15: sexta; l. 4, cc. 14 ss.; P. 50-66; Molina, q. 14, a. 3, disp. 25-31; 39-42; Joannes a S. Th. 1-2, q. 111, disp. 23, a. 1, n. VII ss.; Hugon II, p. 153; Billot, th. 8; Mazz. n. 141 ss.; Lahousse, n. 100 ss.; Pohle, p. 29 ss.; Van Noort, 14 s.; DTC, Grâce, 1642; Terrien: Grâce et Gloire, 2.365 ss.; Platel, 547; Sylv. Maurus, l. 6.68.8-19, 24. Salmat. De grat. disp. 5, dub. 3; S. Opusc. de Grat. eff. l. 3, c. 12m.31 et c. 4, n. 2. (Vivès t. 11); Schiffini, Theol. nat., 580. II; Le Bachelet: Auctarium Bellarm.: pp. 13, 20, 22 s., 39, 95, 100, 102 ss., 125 ss.; La Prédestination et la grâce.

SENSUS THESEOS:

In thesi praecedenti, vidimus actus indeliberatos tum intellectus, tum voluntatis, pertinere ad rationem gratiae actualis, quae vocatur gratia excitans. Omnes catholici hoc admittunt. In thesi his posita, agitur de controversia inter catholicos. En punctum controversiae: ‘Sintne actus supernaturales indeliberati ipsa secundum se gratia excitans, an solum immediatus proxime et necessarius effectus eius; ita scl. ut *formalitas* gratiae reponenda sit, vel non, in motione intus a Deo recepta, qua facultas ad dictos actus eliciendos determinatur’ (Billot [1], p. 149 s.).

Molina, Lessius, Suarez, Ripalda, et multi alii docent gratiam actualem consistere formaliter in actibus intellectus et voluntatis indeliberatis supernaturalibus, ita ut actus *qua vitalis* sit a facultate, et *qua supernaturalis* a Deo sit. In hac sententia, Deus *non agit intrinsece* in ipsam facultatem; agnoscunt tamen virtute quandam *extrinsecam* assistentem, quatenus Spiritus Sanctus facultatem *extrinsece* adiuvat ad actum supernaturalem, eo fere modo quo magister manum pueri scribendi nescii corroborat ... et proinde Deus agit immediate in *actum* facultatis *indeliberatum*. Mediante autem *hoc actu indeliberato*, homo est intrinsecus elevatus et proxime expeditus ad ponendos actus supernaturales *deliberatos* cum concursu divino correspondente actui primo. P.n.61-64.

Unde gratia actualis formaliter non est aliquid in causa, sed in effectu, i.e. non est aliquid in facultate, i.e. voluntate (intellectu) proxime et immediate, sed in actu supernaturali voluntatis (intellectus); est enim dependentia quam habet actus a Deo ut a prima causa, etiam in ordine supernaturali.

‘Ergo nullum auxilium internum, potentiisque inhaerens, praeter actus vitales et actiones eorum, nec alias qualitates per se infusas agnosco, nisi vel habitus, vel supernaturales actus vitales.’ Suarez, l. 3, c. 1, n. 12; Billot, p. 149.

Cf. etiam Suarez, l.3, c. 4, n. 2: ‘Censeo nullam entitatem infundi, quae sit prior tempore vel natura ipso actu gratiae excitantis, vel principium proximum eius, sed solum Spiritum Sanctum immediate ac per seipsum infundere hos actus elevando potentiam ad conficiendum illos.

‘Quo fit ut concursu Dei generalis non sit influxus Dei in causam secundam, quasi illa prius influxu Dei mota agat, et producat suum effectum, sed sit influxus (Dei) immediate cum causa in illius actionem et effectum.’

Molina: Concordia, q. 14, art. 13, disp. 26.

Molina etiam dicit gratiam excitantem esse motionem in ipsam causam, sed hoc dicit de ipso actu indeliberato relate ad actum deliberatum sequentem; actus enim indeliberatus adiuvat ipsam voluntatem in actu libero ponendo; pariter Pesch: Comp. 214. Terrien: Grâce et Gloire, l. c.

ALTERA OPINIO (Billot, Joannes a S. Th., Salmaticenses) vult quod gratia actualis, in se formaliter spectata, non sit formaliter ipse *actus vitalis indeliberatus*, sed huius proxima causa; ut scilicet sit *motio praevia* qua facultas a Deo prius moveatur ut agat, et ponat actum suum. Motio praevia illa est vis transeunter facultati impressa, ad instinctivum actum impulsiva atque applicativa, necnon (si infusus habitus desit) intrinsece elevans facultatem.

Sic exponitur a S.l.3, c.1, n. 12: Potest intelligi D. (auxilium praeberere) aliquid in potentia efficiendo, quod non sit actus secundus seu vitalis, sed tantum aliqua entitas per modum actus primi, non tamen permanentis in potentia non operante, sed durantis solum quamdiu potentia operatur, ut in hoc, ab omni qualitate quae per modum habitus nobis infunditur, distinguatur. Et hoc genus auxilii ponunt aliqui moderni theologi et vocant illud actuale ..., quia est aliquid transiens, ut ita distinguant illud ab habituali auxilio.

Idem docent Boyer, d’Alès, de la Taille, etc., etc.

d’Alès: La grâce actuelle est essentiellement une prémotion.

DE LA TAILLE: ‘Mais cette ACTUALITÉ que je possède et que je dépense ainsi à mon gré dans tout de champ des désirables et des éligibles, est une ACTUALITÉ D’EMERUNT; c’est la causalité du divin MOTEUR qui l’imprime en moi, pour aussi longtemps que s’exerce cette causalité. Je ne possède pas cette forme éminente par manière de forme constitutive de mon essence ou de mes facultés.

Aucune créature ne peut la posséder de la sorte pourquoi c'est une forme dont l'efficacité a un terme formel supérieur à tte. efficacité créée: au premier amour seul revient l'amour pour le souverain bien. La vertu inhérente a cet acte est donc en moi à l'état de VERTU PROPRESMENT INSTRUMENTALE. Il a donc fallu, comme pour toute vertu instrumentale qu'elle fut en moi L'EFFET D'UNE MOTION d'abord passivement reçue avant de se déployer en acte. Le mouvement vers le souverain bien est mon oeuvre, une opération vitale de mon âme. Elle présuppose L'OPERATION DE DIEU sur moi, pour me mettre en état d'agir. Je crois que si vous cherchez bien, vous trouverez dans Aristote cette phrase belle et profonde et juste: 'NEMO COAGIT COELO, NISI TACTUS A COELO.' ... La MOTION divine a toujours en vue dans les intentions divines le bien ... La chose est encore plus évidente dans l'ordre surnaturel où les PREMOTIONS sont les attraits de la grâce, l'entraînement aux actes indélébiles de charité etc. De telles PREMOTIONS ne sont pas indifférentes certes; elles ne sont pas également tournées vers le bien ou le mal; elles sont toutes et toujours tournées vers le bien; mais nous, nous en détournons, pour n'avoir point usé de cette force divine mise en nous par le S.-E.: mais sous le coup de la MOTION universelle et fondamentale à la béatitude nous péchons pour nous être servis de notre force naturelle pour décliner et déchoir vers les biens délectables ou utiles en opposition aux biens moraux et spirituels. (Letter au P. Dugas). Iterum:

Greg. 1926. 35: 'La 'MOTION [de d.] d'ordre amical est connaturel au juste. Et pour parler plus précisement Dieu ne la meut que de deux manières: soit en ACTUANT à leur propre mesure les vertus parfaites qu'il possède; soit en MAJORANT LEUR ACTE par le jeu opportun des dons du S.-E. Il n'y a pas d'autres motions de la grâce, à quoi le juste puisse consentir.'

GRATIA ACTUALIS: Auxilium transiens supernaturale intrinsece facultates perficiens quod Deus nobis dat ad salutariter operandum.

CONSIDERATA IN SEIPSA: secundum scilicet propriam suam formalitatem, scilicet essentiam, seu qua ponitur in determinata specie entitatis.

MOTIO DIVINA IN FACULTATE RECEPTA: Aliqua entitas physica quae producitur a solo Deo sine concursu creaturae in facultate mota, sicut in instrumento motio causae principalis ponit aliquam virtutem realem, qua instrumentum applicatur et elevatur ad effectum. Terrien: Grâce et Gloire, 2.368.

PRINCIPIANS ACTUM SUPERNATURALEM FACULTATIS: Primum internum principium actus salutaris (principium: primum ex quo aliquid

intelligitur, aut fit, aut est). Id quo facultas determinatur ad actum indeliberatum supernaturalem.

B. de grat. et l. arb. 121[?], c. 2. Vivès 5. 501: ‘Tertia partitio ...’

Si anima ornatur gratia sanctificante, motio ista est motio applicans facultatem habitualiter elevatam, eamque instinctive determinans ad actum et obiectum eius. Sin autem minus est motio non solum applicans, sed simul etiam transeunter elevans potentiam, et supplens habituum defectum. Billot (1), p. 153b s.

INTENTIO QUAEDAM SEU VIRTUS HABENS ESSE INCOMPLETUM: se habens scilicet *ut quo* facultas applicatur, vel etiam elevatur ad actum excedentem proportionem suae propriae formae. Facultas nempe mota a Deo, in quantum a Deo movetur, aliqua virtute reali donantur, quae realiter distinguitur ab ipsa actione facultatis.

Pot.3.7.7m: ‘Id quod a Deo fit in re naturali, quo actualiter agat, est ut intentio sola, habens esse quoddam incompletum, per modum quo colores sunt in aere (sonus in aere) et virtus artis in instrumento artificis.’

‘Quia moderni viderunt quod perfectius est “agere” quam “esse,” viderunt quod id quod non est “a se,” nec potest “a se” manere in “esse,” multo minus potest agere “a seipso.” (S. Alb. M. 2 Sent. 35, 7, citatus a Mattiussi: le 24 thesi, p. 256). B. Auctarium, p. 75 ad 5m: Dico.

PROBATUR 1a p.: MOTIO DIVINA IN FACULTATE RECEPTA

(a) Ex S. Th.ncl., passim; Pot. 3.7.

Motio, secundum S. Th., est educere de potentia ad actum, et pertinet ad genus causae agentis efficientis. Iamvero, in his quaestionibus in quibus ex professo loquitur de gratia, constanter describit gratiam actualem ut auxilium Dei supernaturale animam moventis.

Voces ab ipso adhibitae saltem 112 vices sunt motus, motum; motio, motionis, motionem, motione; movet, moveat, movens, moventis, movente, movendo; movetur, moventur, moveantur, moveri, motus, mota, moto, motum, moti.

Vide Catech. dom. (Trid.) P. 1 c. 2, n. 22 et Conc. Mogentinum in de Guibert. Documenta perfectionis n. 346. Cf. Dz. 814, 898, 798; 1789, 1790, 1791, 1794; 797; 193; 135; 177; 809.

(b) 'Si sint multa agentia ordinata semper secundum agens agit in virtute primi agentis.' 1, 105, 5.

Atqui in productione actuum indeliberatorum, Deus et facultates creatae sunt agentia ordinata, et creatum agens est secundum agens.

Ergo facultates agentes illos actus sunt in virtute ipsius Dei; proinde moventur a Deo sicut instrumentum movetur a causa principali.

MAIOR: Ubi effectus est unus, et est totus a multis agentibus, omnino requiritur ordinatio et proinde subordinatio agentium.

MINOR: Talis ordinatio habetur in casu, cum unicus actus productus sit totus a facultate, et totus etiam a Deo.

(c) Iuxta adversarios, pia cogitatio et pius affectus si considerantur ut actus indeliberati, saltem supernaturales sunt formaliter gratia. Unde sic arguitur:

Quod transit de potentia in actum debet moveri ad exercitium actus, aut a se, aut ab alio.

Atqui ad exercitium actus indeliberati supernaturalis, facultas non movetur a se.

Ergo, si nec ab alio moveatur, et nihilominus agere supponatur, eo ipso ponitur actio cuius deest ratio sufficiens.

Ergo exterior movens est solus Deus. Billot (1), p. 151; P, p. 160 nota; nn. 268 initio, 269, 270; B. de Grat. et lib. art. 1., 1, c. 2 (Vivès, 5. 501.1a col. Tertio).

PROBAGTUR 2a p.: ILLA MOTIO EST INTENTIO QUAEDAM SEU VIRTUS HABENS ESSE INCOMPLETUM.

ENS VIALE.

Facultates creatae sub motione divina se habent sicut instrumentales causae sub motione causae principalis.

Atqui motio causae principalis inducit in causa instrumentali virtutem quandam realem, qua instrumentum actualiter agit ut instrumentum, et quae perpetuo fluens

per instrumentum, pertingit ad terminum qui est effectus, ut ei transmittat efficaciam causae principalis.

Ergo gratia actualis consistit in intentione quadam seu virtute habente esse incompletum, seu ens viale.

MAIOR: Ex prima parte.

MINOR: Si nihil induceretur in instrumento, quomodo altiozem effectum attingeret? 'Id quod a Deo fit in re naturali quo actualiter agat, est ut intentio sola, habens esse quoddam incompletum, per modum quo colores sunt in aere, et virtus artis in instrumento artificis' (De pot. 3, 7. 7) (sonus in aere.) B. Auctarium: 97.1a col.; 106: de 3a quaest.; 35, 2a col. ad quintum dico.

EXEMPLUM illius 'ointentionis' seu 'entis' incompletihabetur in omni propositione a nobis enutiata, in omni scilicet enuntiabili v.g.

HOC (nihil) EST (nihil) CORPUS (nihil) MEUM (transsubstantio habetur);
CET HOMME (rien) EST (rien) UN TAS (rien) D'IMBECILES (ça y est).

SCHOLION 1. –

Motio illa praevia nullo modo est praedeterminans ad unum, ipsam electionem liberi arbitrii est tantum applicans et movens, sed vi illius motionis, voluntas est mota et movens se, determinans se, applicans se; est motio non-necessitans, non-determinans.

Da: Providence, 472 nota, 461.

B: Auctarium: pp. 107s.; de grat. et lib. 1. 1, c. 2 (Vivès 501-2a, § 4); 1. 4, c. 16 (V. 6.34.2a, § 4).

SCHOLION 2. –

Nulla requiritur ulterioris gratiae motio pro actu deliberato. (Cogita v.g. creationem et conservationem); influxus scl. Dei receptus in applicatione et motione in actu primo, simul influendo ulterius producit actum secundum si voluntas non resistit. P. 41-45; Pascal: Les Provinciales, 2e lettre.

SCHOLION 4. –

Ipsa actualis gratia semper est eiusdem entitatis, sive habeat, sive non habeat ultimum effectum in libero voluntatis consensu repositum: eo fere pacto quo sacramenta semper sunt entitate et virtute et causalitate eadem, sive obtineant sive non obtineant ultimum illud ad quod causandum sunt ordinata, scil. iustificationis gratiam quae dicitur res sacramenti. Billot (1) 156.

SCHOLION 5. –

DE CONCURSU SIMULTANEO.

Est synchronismus duarum causarum agentium cum concordantia perfecta; ex hoc tamen, non resultat actio essentialiter (per se) una, sed una accidentaliter tantum, quae dearticulari debet in duos effectus bene distinctos quorum alteruter producit a duabus causis coordinatis non autem subordinatis; actio unica non per se, sed per accidens. (Recole v.g.harmoniam praestabilitam Leibnitz inter corpus et animam). Viode de Regnon: Banez et Molina: pp. 13, 178 ss., 199 ss., 247 ss., 365 ss.; Mattiussi: le 24 thesi, pp. 254-262.

DIFFICULTATES: P. 51, 54, 56, 58; Billot (1), pp. 154 ss.

TESSERA. La volonté perverse, reconnaissant l'unique nécessaire comme unique nécessaire, loin de rapporter à Lui toutes choses qui ne sont que par Lui, loin de vouloir Lui par-dessus tout et de vouloir toutes choses pour Lui, se borne à accepter l'inévitable concours dont elle a besoin pour adhérer aux choses qu'elle idolâtre. 'LUI EMPRUNTER LA FORCE DE SE PASSER DE LUI' c'est l'attitude pratique de ceux qui veulent résoudre leur destinée sans Dieu.

D. – DE GRATIA SECUNDUM RESPECTUM AD LIBERUM ARBITRIUM seu DE EFFICACIA GRATIAE

Hucusque INDOLEM gratiae actualis explanavimus. In sequentibus thesibus, quaerimus QUOMODO gratia operatur.

Quomodo scilicet ex gratia excitante quae est in actu indeliberato, potest voluntas libere ponere actum deliberatum.

Et primo quidem ponuntur 2 theses, de quibus theologi catholici omnes consentiunt, de existentia nempe gratiae sufficientis (th. 14) et de existentia gratiae efficaci (th. 15).

Postea in 3 sequentibus thesibus quaeremus utrum gratia sufficiens sit a gratia efficaci distincta ab intrinseco vel ab extrinseco (th. 16, 17, 18).

Thesis 14

EXISTIT GRATIA VERE ET MERE SUFFICIENS.

S.Th. 1-2, 111; Suarez: l. 4, cc. 1-7; Bellarm.: De grat. et lib.arb. l. 1, cc. 11-14; P. 217 ss.; W. 325 ss.; Mazz., 496 ss.; Billot, th. 11, Ber. pp. 418 ss.; V. Noort, 53-63.

GRATIA SUFFICIENS: (in genere quatenus opponitur efficaci, quia haec etiam vocari potest sufficiens):

Gratia quae tribuit completam et expeditam facultatem eliciendi opus liberum supernaturale, sed quam, dissidente voluntate hominis, reapse non sequitur opus intentum. B. Auctarium 86-1a.

Dat nempe potestatem agendi completam, i.e. efficaciam virtutis *in actu primo*. Habet nempe ex intrinseca entitate sua virtutem causandi consensum salutarem; praebet nempe quidquid actualitatis, virtutis, virium, roboris, potestatis, efficaciae, facultatis, potentiae requiratur ad actum deliberatum salutarem ponendum; si v.g. actus orationis ponendus est, datur potentia requisita ad deliberate actum secundum ponendum. Potest nempe producere actum deliberatum salutarem sed non producit propter deficientiam voluntatis; est scilicet auxilium supernaturale quocum vere operari potest homo si vellet et cum ea intentione operationis a Deo datur. Ex se, scilicet est efficax.

Efficacia in actu secundo = efficacia operis.

TRIPLICITER considerari potest gratia sufficiens.

VERE (praecise, abstrahendo scilicet ab hoc utrum in actu secundo maneat efficax aut non (**NON-INSUFFICIENS**: efficacité suffisante):

Auxilium supernaturale transiens quod revera tribuit sufficientiam (potestatem, facultatem, potentiam, vires, virtutem, robur, efficaciam etc.) ad actum salutarem hic et nunc ponendum, ita ut defectus operationis non ex eius insufficientia proveniat, sed ex libera voluntatis resistantia.

OPPONITUR GRATIAE INSUFFICIENTI quae secundum doctrinam catholicam est contradictio in terminis (Dz 1296), sed ab actu secundo fit abstractio.

MERE (negative, pure) (GRATIA INUTILIZATA).

Auxilium supernaturale transiens quae de facto non coniungitur cum actu salutari, quia illi resistitur a voluntate, manet scilicet sine deliberato voluntatis consensu. Gratia quae in vacuum, in vanum recipitur et remanet inutilizata. P. 217, 222.

POSITIVE (UTILIZATA): Auxilium supernaturale transiens quod de facto coniungitur cum actu salutari, deliberato voluntatis consensu.

‘Vere,’ ‘Mere,’ ‘Positive’ SUFFICIENTES sunt tres aspectus eiusdem entitatis supernaturalis transeuntis:

(a) VERE, praecise, NON-INSUFFICIENTES est:

DE IURE efficax; sed DE FACTO fit abstractio.

(b) MERE, negative, pure, INUTILIZATA est:

DE IURE efficax: sed DE FACTO, inefficax.

(c) POSITIVE, UTILIZATA est:

DE IURE, efficax, et DE FACTO, efficax; est scilicet gratia quae producit actum deliberatum salutarem.

GRATIA EFFICAX (generice) est gratia positive sufficiens, i.e., quae producit actum deliberatum salutarem seu quae connexum habet consensum voluntatis.

Unde vocibus ‘sufficiens’ et ‘efficax’ non complete describitur interna natura gratiae secundum suum esse integrale, sed secundum eius externum effectum; si enim moraliter inspicitur aliquid plus habetur in gratia efficaci, quam in gratia sufficienti.

PROXIME SUFFICIENTES (gratia operationis): gratia ad hanc tentationem superandam, aut hunc actum determinatum ponendum.

REMOTE SUFFICIENTES (gratia orationis): gratia non ad hanc tentationem superandam, nec ad hunc actum determinatum ponendum, sed ad alios actus qui, si ponuntur, reddunt hanc gratiam quae est remote sufficiens, hic et nunc proxime sufficientem ad aliquem actum salutarem ponendum, v.g. ad martyrium.

Gratia remote sufficiens est semper proxime sufficiens ad orationem. B. De grat. et lib. arb. l. 1, c. 2, V., 502: Quinta partitio est ...

Proindeque semper a Deo nobis praebetur auxilia sufficientia ad exercitia nostra spiritualia adimplenda.

DEFICIENTIA VOLUNTATIS est duplex
 moralis: agit deficienter quia vult deficienter;
 physica: agit deficienter quia est deficienter.

ADVERSARII:

(a) Haeretici saec. XVI qui, negantes libertatem indifferentiae, asserunt unice dari libertatem a coactione et voluntatem humanam necessario impelli aut mala cupiditate, aut gratia. Pro ipsis, libertas est unice immunitas a coactione, non autem immunitas a necessitate. V.g. in Synodo Dordrecht: 'Distinctio illa gratiae in sufficienti et efficaci minime nobis probatur.' '... quoscumque enim Sp. S. trahit, illis non tantum dat posse currere, sed etiam ut reipsa currant.' Dz 776

Lutherus contra Erasmus scripsit librum cuius titulus est 'De servo arbitrio,' i.e. Le déterminisme pessimiste. (RSR, 1933. 505 ss.)

CALVINUS: 'Deus voluntatem movet non qualiter multis saeculis traditum est et creditum, ut nostrae postea sit electionis motioni aut obtemperare aut refragari, sed illam efficiendo.' P. 218. Pohle, 223 ss.

(b) Iansenius et sequaces qui reiiciunt gratiam mere sufficientem. Gratia est semper efficax; non tamen omnis delectatio supernaturalis coniungitur cum actu salutari, sed ea sola quae maior est, opposita delectatione terrena. Dz. 1296.

Ad explicandum quod dantur tantum gratiae efficaces, dicunt peccatum existere ex hoc quod tunc datur 'parva gratia' quae absolute dat potentiam, si non essent impedimenta; non relative dat potentiam, propter impedimenta; unde antecedenter, est simpliciter insufficientis. Dz 1296.

Le grand Arnauld admettait une 'petite grâce' qui donne de pouvoir agir en général sans donner ce pouvoir réellement 'hic et nunc.' Juste le prix du passage; si une accident arrive on reste en panne et en peine.

NOTA: DE FIDE DEFINITA QUOAD REM propter Araus. II. Dz 200; 321; 804, 814 et praesertim ex damnatione Iansenistarum: 1092 s., 1296, 1367, 1359-1375. Van Noort, 55; P. Comp. 276.

PROBATUR (1) EX S.S.: Saepe Deus:

(a) Conqueritur de hominibus, vel eos improbat quia, etsi auxilium vere sufficiens habuerint, fructum tamen boni operis non tulerunt.

(b) Monet et hortatur homines ne gratiae desint.

Atqui haec omnia inepta essent, nisi existerent gratiae vere sufficientes, quae tamen non semper habeant effectum salutarem, seu gratiae quae sint vere et mere sufficientes.

Ergo existit gratia vere et mere sufficiens.

MAIOR:

(a) Is. 5.11-7. (PARABOLA VINEAE ELECTAE)

Hoc loco est sermo de gratiis internis, a Deo Israelitis eo fine collatis, ut fructus operum Deo placentium ferant.

Iamvero summa gratiarum Israelitis collatarum fuit

(1) Mere sufficiens, siquidem Israelitae non tulerunt fructus a Deo exspectatos.

(2) Vere sufficiens:

(a) ex parte Dei, nil defuit; elegit locum, vineam fodit, munivit, impedimenta removit.

(b) exspectavit fructus; non tantum dedit absolutam potestatem sed et relativam, nempe, accomodatam his relativis circumstantiis.

(c) Interrogat: 'quid debuerim ultra facere?'

(d) Iniuste eos improbaret si non dedisset omnia media necessaria.

(b) Is 65.2; Pro 1.24; Mt 11.21 s.; 23, 37; 1 Cor 10.13; Rom 2.4 s.; 11.22 s.; Io 15.22, 24; Act 7.51.

(c) 1 Thess. 5.19; 2 Cor 6.1 s.; Ap 3.20.

(2) Ex LITURGIA.

Quasi omnes epistolae missarum tempore quadragesimali, scilicet exhortationes prophetarum ad hoc ut populus electus redeat ad cultum Iahwé.

(3) EX DOC. ECCL.:

Dz 160a, 196; 200, 321 sub fine, 319, 348, 793 ss., 797, 804, 814 s.; 819, 1092-1096, 1224, 1296, 1359-1364, 1367-1372, 1521, 1791, 1054, 1066; 1375, 1381, 1419.

Nota quod *gratia possibilitatis* Pelagianorum non est gratia sufficiens sensu catholico, sed gratia possibilitatis iuxta ipsos est liberum arbitrium. R. 1413; P. 225.

(4) EX PP.: R 244, 247, 622, 2258 s., 21188, 1220, 1219

S. Aug. docet:

(a) existere gratiam quae dat posse agere: v.g., R 1436, 1735 s., 1955 s., 1736

(b) Ideo sunt peccata, quia nolumus illa vita cum gratia quae praest est: v.g. R 1718, 1720, 1722, 1753, 1925, 1945;

(c) Semper habemus gratiam orandi et gratia aliquando deest, quia noluimus orare; v.g. R 1722;

(d) Deus neminem deserit, nisi prius deseratur; v.g. R 1795, 1889, 1954, 1960; 1702 + Dz 804 c. medium

(5) EX TT.: omnes hanc doctrinam tenent aut supponunt; 1-2, 106, 2, 2m; S. L. 4, c. 1 ss.

(6) RATIONE:

(a) Deus vult omnes salvos fieri (1 Tim 2.1-4). Ergo omnibus dat gratiam sufficientem ad salutem. Iamvero sunt qui non salventur ... Ergo existit gratia vere et mere sufficiens.

(b) Christus non est mortuus pro solis praedestinatiis (Dz 1096). Ergo sunt alii qui accipiant gratiam Christi quin haec gratia sit efficax. Ergo ...

(c) Omnes homines, etiam qui reapse peccant, debent servare mandata et superare tentationes (Dz 804). Ergo possunt sed non possunt absque gratia vere sufficiente.

(d) Gratia datur homini ad libere operandum salutem, ita ut possit eam accipere vel ei resistere (Dz 797). Atqui qui habet gratiam quacum possit saluteriter agere, qui vero resistit, habet ille gratiam vere et mere sufficientem. Ergo ...

COROLLARIUM: GRATIA SUFFICIENS EST VERUM BENEFICIUM, et a Deo petenda est. P. 226; W. 343 s.

NAM DATUR:

(a) ad actum simpliciter bonum; immo
 (b) ad actum supernaturalem;
 (c) est duplici modo non debitum;
 (d) ex se potest cum effectu in actu secundo coniungi et cum ea intentione a Deo datur. B. De grat. l. 1, c. 2. (V. 5 501-2a, col.). Et sola est quae stat cum libertate. Ex voluntate enim hominis pendet ut cum effectu sit, aut maneat sine effectu. Ergo est beneficium, tum ex eo quod datur, tum ex benevolentia qua datur. Contra Dz 1296.

N.B. – Saepe haec gratia est proxime sufficiens tantum ad orandum.

DIFFICULTATES: W. 330; P. 227; Comp. 280 ss.

TESSERA: Si ‘illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,’ quomodo tot homines non illuminati manent? Non enim omnes Christi cultum agnoscunt. Quomodo ergo illuminat omnem hominem? Quantum in ipso est. Si qui vero sponte sua mentis oculos claudentes huius lucis radios percipere nolint, non ex natura lucis evenit quod in tenebris maneant, sed ex nequitia eorum, qui sponte se hoc privant munere. (S. Jo., Chrys. R 1158).

Thesis 15

EXSISTIT GRATIA EFFICAX, TALIS NEMPE QUAE INFALLIBILIBEM ET ANTECEDENTEM CONNEXIONEM HABEAT CUM POSITIONE ACTUALIS CONSENSUS VOLUNTATIS (1a p.), ITA TAMEN UT NON TOLLAT INHOMINE LIBERTATEM A NECESSITATE (2a p.).

S. Th. 1-2, 111; S. l. 5, cc. 1-6; Bellarm., De grat. et lib. arb. l. 1, cc. 11-14; P. 242; Comp. 284 ss.; W. 361 ss.; Billot, th. 11; Lahousse, n. 201 ss.; Palmieri, th. 39 ss.; Hurter, th. 191-94; Mazz. 553 ss.; Schiffini, 235 ss.; Pohle, 223 ss.; Gar-Lag.: La Perfection chrétienne et la contemplation: 1. 88-131.

GRATIA EFFICAX (in genere): ea quae producit actum deliberatum salutarem.

GRATIA EFFICAX triplici sensu intelligi potest:

(1) GRATIA EFFICAX QUOAD VIRTUTEM: gratia quae virtutem in suo ordine habet causandi consensum salutarem; efficacia illa est intrinseca entitati divini auxilii (Gratia excitans).

Haec EFFICACIA VIRTUTIS est communis omni gratiae quam Deus nobis elargitur ad omne salutis opus. Hoc sensu, illa etiam gratia quae in vacuum recipitur, efficax dici posset et deberet, cum nihil virtutis ei desit quominus, quantum in se est, ultimum suum obtineat effectum; gratia enim actualis causat actum indeliberatum et vires dat ad actum deliberatum.

Est nempe excitans (sufficiens); vere et mere tantum aliquando.

(2) GRATIA EFFICAX QUOAD EVENTUM est gratia cuius efficacia accipitur secundum solum eventum, i.e., ut de facto contingens, ex nudo facto gratiam denominans (efficacia effectus). Hoc sensu gratia efficax ea est quae annexum habet consensum voluntatis. Haec est gratia saltem *consequenter* efficax = efficax in actu secundo. (Gratia positive sufficiens) (Gratia adiuvens).

Eam dari est de Fide et supponitur in toto tractatu de gratia et in tota oeconomia salutis; eo ipso quod quis ponit actum supernaturelem, certum est ipsum habuisse gratiam efficacem in actu secundo, seu efficacem quoad eventum.

Ad explicandum consensum voluntatis sub tali gratia positum, non est quidquam ultra liberam determinationem liberi arbitrii quaerendum.

Est nempe gratia adiuvens. Gratia adiuvens (*efficax quoad eventum*) est entitative et numerica eadem cum gratia excitante et non recipit denominationem adiuventis, nisi supposita cooperatione liberi arbitrii, quae tam potest esse quam non esse. Haec vocatur etiam efficax consequens. (Operans, vel cooperans).

(3) GRATIA EFFICAX STRICTO ET PROPRIO SENSU est gratia cuius efficacia attenditur secundum antecedentem quandam et infallibilem connexionem auxilii gratiae cum consensu liberi arbitrii, ita ut, si detur, certum omnino sit actum salutarem esse secuturum = efficax in actu primo = ANTECEDENTER EFFICAX.

GRATIA EFFICAX, hoc sensu, ea est quae *infallibiliter* coniunctum habet, consensum voluntatis et ideo infallibiliter producit actum liberum propter quem datur; v.g. est ea, de qua Deus infallibiliter praescit: si hanc gratiam huic homini tribuo, actum liberum salutarem de facto eliciet. Unde ad explicandam positionem

actus liberi, recurrendum non solum est ad liberam electionem voluntatis (ut in efficaci gratia quoad eventum), sed etiam ad aliquam proprietatem, sive intrinsecam, sive extrinsecam gratiae illius, et ultimatim ad aliquam electionem divinam. De hac, in thesi.

Omnes theologi docent dari talem gratiam efficacem. Thesis ponitur circa *factum*, non autem circa *modum* hanc efficaciam explicandi.

LIBERTAS A NECESSITATE, i.e. immunitas a determinatione ad unum, ita ut actus deliberatus in potestate voluntatis semper relinquatur, etiam in subitanea conversione, v.g. Paulus, Matthaeus.

ADVERSARIJ:

Contra 2am partem: Lutherani, Calvinistae, Baianistae, Iansenistae.

NOTA: 1a p.: Saltem *theologice certa*.

2a p.: *De Fide Definita*. Dz 814. Cf. 1093-1095.

PROBATUR 1a p.: EXSISTIT GRATIA EFFICAX.

(1) Ex SS.:

Saepe SS. ita loquitur quasi Deus pro nutu posset quosdam homines ad se convertere eosque salvare.

Atqui id fieri nequit nisi detur gratia quae infallibilem et antecedentem connexionem habeat cum positione actualis consensus voluntatis.

Ergo ...

MAIOR: Ez 36.26-27; 11.19-20; Prov. 21.1; Jer. 32.40; Ps. 36.23; 50.12; 118.36; 3 Reg. 8.58; Bar. 2.31; Lc. 22.31 s.; Io. 10.29; Esther 15.11; Act. 9; Rom. 9.16; Io. 6.45; Act. 13.48.

MINOR: Sine tali gratia homines semper resistere possent, et SS. non posset tam firmiter asserere factum futurum.

(2) EX LITURGIA:

Secret. Dom. 4, p. Pent.: ‘Ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates.’

Fer. 4 post Dom. 2 Quadrag.: ‘ut in spiritu inveniatur stabiles et in opere efficaces.’

Orat. in Vigil Pent. post 1am Prophetiam: ‘Concede nobis, et nostras voluntatis pravitatem frangere, et ... ‘

In oratione ‘Humilitatis’ in fine missae, toto tempore Quadrag: ‘Fideles tui, Deus, per tua dona firmentur.’

(3) EX DOC. ECCL.: Dz 182: ut operemur, operatur;

1020, 1097 et notas: Si Eccl. decreta imponat circa disputationes de modo explicandi gratiam efficacem, signum est quod Eccl. admittit existentiam gratiae efficaciis, seu factum eius existientiae.

719-23

(4) EX PP.: v.g. R. 348, 558, 1568, 1572 s., 1707, 1890, 1926, 1940, 1955 s., 1958, 1963, 1979, 1991.

Ex S. Aug.: B. l. 2, cc. 11, 12, 13. (V. 5. 524-533).

(5) EX TT.: 1. 23; 2-2. 24-11; De carit. 12 (circa initium)

(6) RATIONE: 1.23.

Certum est dari praedestinationem sanctorum, seu praeparationem beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur.

Atqui beneficium certissime connexum cum effectu salutari est ipsa gratia efficax.

Ergo ...

PROBATUR 2a p.: EFFICAX GRATIA NON TOLLIT LIBERTATEM INDIFFERENTIAE.

Libertas:

Moralis est immunitas ab obligatione.

Physica est immunitas a necessitate vel coactione.

Spontaneitatis immunitas a necessitate extrinseca = a coactione.

Indifferentiae immunitas a necessitate intrinseca.

Contradictionis (seu exercitii) = posse agere vel non agere.

Specificationis = posse agere hoc vel illud.

Contrarietatis = posse agere bonum vel malum.
 Essentia libertatis est in libertate exercitii.
 Libertas contrarietatis est defectus libertatis.

(1) EX SS.:

(a) Declarat homines omnino liberos esse in agendo salutariter, minime vero ad hoc necessitate compelli.

Atqui in agendo salutariter homines habent gratiam efficacem.

Ergo gratia efficax non tollit libertatem a necessitate.

MAIOR: Eccl. 15.14 s.; 31.8 ss.; Apc. 3.18, 20; Dt. 30.19; Mt. 19.17; 23.37; Act. 7.51; 1 Cor. 7.37; 2 Cor. 6.1; Philip 2.12, 13; Zach. 1.3; Io. 24.15, 22; Gen. 4.6 ss.

Quandocumque 'recte,' 'sicut oportet' agunt homines agunt ex grat. eff. quoad effectum, secundum scientiam nostram, sed est ex grat. eff. antecedente, secundum Dei infinitam scientiam, et a nobis cognoscitur per revelationem.

(b) Ex tractatu de merito.

Si gratia efficax esset necessitans, nullum opus meritorium existere posset;

Atqui existunt opera meritoria;

Ergo gratia efficax non est necessitans.

(2) EX DOC. ECCL.:

A. Dz. 134, 141, 196, 200, 317, 319, 348, 793, 797 s., 814 s., 819, 1065 ss., 1093 s., 1296, 1359-1364, 1371, 1521, 1791, 1814; 181, 186, 325, 776, 1039, 1291, 1041, 1650.

B. (a) homo debet cooperari gratiae 'quam abicere potest': 814.

(b) libertas a necessitate probari potest ex SS.: 1041.

(c) libertas potest etiam ex ratione probari: 1650.

(d) Paulus V: 'Do con la efficacia della sua gratia ci fa fare et' facit de nolentibus volentes et flectit et immutat hominum voluntates' Cav. p. 508 in nota.

(3) EX PP.:

(a) homo est liber v.g. R. 125, 142, 156, 184, 244, 335, 446, 542, 667, 1151, 1380, 2113, 2225, 2265, 2357.

(b) Gratia non destruit lib. art. v.g. R. 244, 446, 704, 1034, 1151, 1159, 1165, 1188, 1204, 1219, 1436, 1455, 1510, 1556, 1571-4, 1710, 1722 s., 1735 s., 1821, 1823, 1848, 1854, 1856, 1890, 1936, 1954 s., 1961.

(c) Cum aequali gratia unus consentire, alter dissentire potest v.g. R. 247, 1753, 1822;

(d) Nec secundum Aug. 'delectatio victrix' tollit libertatem, v.g. R. 1568, 1594, 1722, 1724, 1737, 1822.

(4) EX TT.: De malo 6.; Quidem posuerunt ...

(5) RATIONE:

Certum est actus hominis cum gratia elicitos esse salutes, et si homo est iustus meritorios.

Atqui ad actum salutarem et meritorium requiritur libertas a necessitate.
Ergo libertas a necessitate non tollitur a gratia.

MAIOR: Dz 842 et in tract. de merito.

MINOR: Homines nec meritum nec demeritum umquam ponunt in actibus qui non sunt in potestate voluntatis; sed id quod non est liberum a necessitate non est in potestate voluntatis.

DIFFICULTATES: P. Comp 287 ss. W. 362.

TESSERA: Quod enim amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est: ut v.g. occurrit forma speciosae feminae et movet ad delectationem fornicationis; sed si plus delectat pulchritudo illa intima et sincera species castitatis, per gratiam quae est in fide Christi, secundum hanc vivimus et secundum hanc operamur; ut non regnante in nobis peccato ad oboediendum desideriis eius, sed regnante iustitia per caritatem cum magna delectatione faciamus quidquid in ea Deo placere cognoscimus. (S. Aug., R. 1568).

Thesis 16

**EFFICACIA GRATIAE NON VIDETUR EXPLICANDA PER
PRAEDETERMINATIONEM PHYSICAM.**

Suarez: l. 5, cc. 6 ss.; Appendix prior post l. 12 de gratia. Bel. De grat. et lib. arb. l. 1, c. 12; Auct. p. 164 ss.; P. 229-271; Stufler: De Deo operante; d'Alès: Prov. et libre arb.; W. 363 ss.; Palmieri, th. 49; Billot, th. 11; Pohle, p. 231 ss.; V. Noort, n. 64 ss.; Joanna Iesu Maria, O.D.C. (1564-1615): Tract. de probabilitate utriusque partis in controversia de efficacitate gratiae; Vid. The Month 1930, p. 187, vol. 105; Auctarium Bell.: pp. 95, 100, 102 ss., 125-7; A. Bonet: La filosofía de la libertad en las controversias teológicas del siglo 16 et 17; Vid. RSR. 1933, 507-512; Greg. 1933, 313-401; RHE 1933, 790 (van Hove); AH 51. 1934, 150-152 (de Aldama): ibid. 650; Dumont Paul: Liberté humaine et concours d'après Suarez.

BREVIS CONCEPTUS HISTORICUS disputationum 'DE AUXILIIS.'

N.B. Dz. 1090, 1??? et notas; C av. 920-924 et notas. Dz. 71????

UNDE non habetur ius imponendi ullam censuram theologiam in adversarios.

In certis, unitas,
In dubiis, libertas,
In omnibus, caritas.

ALIQUA tamen LIBERTAS datur; adhiberi possunt expressiones: male sonans, falsa, periculosa, irrationalis, stupida, stulta, extraordinaria, incoherens, absurda, erronea, insana, extravagans, inepta, audax, temeraria, contradictoria, illogica, puerilis, lusus verborum amphibologica et alia id genus amenitatis. (Etudes 102, 704)

Unde campus sat latus disputantibus relinquatur ad explosiones sanctae irae v.g. vide Billot 7: De Deo 219 note.

de la Taille sic scribit P. Dugas: 'Ou vous avez tout à fait raison, c'est d'exclure par rapport aux moyens de la béatitude une prémotion déterminante: nulle subtilité, si sophistique soit-elle, ne l'excusera de ruiner la liberté.'

Papagni, O.P.: 'Mentre si è voluto troppo spiegare un mistero si è portata l'oscurità, l'assurdo e il mostruoso nel campo morale.'

Marin-Sola, O.P.: [theoria bannersiana] 'hacian muy difficil la defensa de una grazia verdederamante suficiente y de la responsabilidad del hombre en el pecado, y podian dar, portanto, pretexto a calumniosas acusaciones de iansenismo y calvinismo.'

EFFICACIA GRATIAE est id quo habetur infallibilitas nexus inter gratiam spectatam in actu primo et consensum voluntatis in actu secundo; efficax enim dicitur gratia quacum voluntas humana consentit. Billot, th. 11.

Quaeritur in thesibus sequentibus utrum gratia efficax sit efficax de se, seu *ab intrinseco*, an e contra talis sit ex consensu voluntatis, seu *ab extrinseco*, supposita utique praescientia et electione Dei. Aliis verbis, utrum gratia efficax secundum entitatem suam physicam, intrinsece et specificè differat a gratia sufficienti. P. 229-233.

Probe distinguendum est efficacia *virtutis* et efficacia *connexionis*.

EFFICACIA VIRTUTIS est ipsa intrinseca vis entitatis auxilii divini, cui, quantum in se est, nil deest quominus actum salutarem voluntatis obtineat.

Haec invenitur tum in gratia efficaci, tum in gratia sufficienti.

EFFICACIA CONNEXIONIS est infallibilis nexus efficaciae virtutis gratiae cum effectione consensus liberi arbitrii et consequenter actus salutaris.

Efficacia *connexionis* est *consequens* vel *antecedens*: P. 242; Mazz. 581.

CONSEQUENS: (*de facto*) in quantum nempe effectum reapse obtinet.
= efficax quoad eventum C. th. praeced.

ANTECEDENS: (*de iure*) in quantum nempe effectum infallibiliter obtinebit
= efficax stricto sensu.

De hac *efficacia connexionis antecedente* agitur in his thesibus. Haec iterum triplex est:

OBIECTIVA, quatenus obiective verum est per talem gratiam effectum productum iri talem.

COGNOSCITIVA, quatenus Deus infallibiliter cognoscit quae gratia habitura sit effectum. (Scientia Dei infallibilis)

AFFECTIVA, quatenus Deus vult eam gratiam dare, quae effectum obtinebit. (Praedestinatio).

In thesi agitur de EFFICACIA CONNEXIONIS OBIECTIVA ANECCEDENTE.

GRATIA SUFFICIENS in genere: gratia quae non producit actum deliberatum salutarem, sed potest illum producere. Oponitur sub hoc respectu gratiae efficaci in genere.

GRATIA EFFICAX in genere: gratia quae producit actum deliberatum salutarem.

GRATIA SUFFICIENS in genere:

1. VERE (praecisive, in abstracto) opponitur gratiae insufficienti quae catholice est contradictio in terminis. Cf. Dz. 1296.
2. MERE (negative, pure, in concreto) = inutilizata, in vanum recepta.
= gratia vere sufficiens inutilizata.
3. POSITIVE (in concreto) = utilizada
= gratia vere sufficiens utilizada.

GRATIA EFFICAX in genere:

1. Quoad VIRTUTEM
2. Quoad EVENTUM
3. STRICTE et proprio sensu

EFFICACIA gratiae:

1. Virtutis
2. Connexionis
 1. Consequens
 2. Antecedens
 1. obiectiva
 2. cognoscitiva
 3. affectiva

NON VIDETUR EXPLICANDA. Cf. N.B. – initio thesis.

Hic aliquid dicendum de gratia sufficiente, sensu Banneziano. IUXTA IPSOS, necesse est admittere duplicem gratiam intrinsece et specificice inter se distinctam:

Gratiam sufficientem quae est minus perfecta et valida,

Gratiam efficacem quae est perfectior et validior.

Gratiam sufficiens dat ‘posse agere’ non ‘agere’; est sufficiens in actu primo, non in actu secundo; non dat totum id quod requiritur ad actu agendum; dat potentiam agendi non actum; dat le ‘pouvoir agir’ non ‘l’agir.’

Gratia efficax est nova gratia superaddita gratiae sufficienti quae potentiam determinat et confert actum; est sufficiens in actu secundo.

Gratia sufficiens numquam connectitur cum actu secundo;
Gratia efficax numquam non connectitur cum actu secundo.

Ppagni, O.P.: ‘In quella opinione, la virtù creata, innanzi la mozione è incompleta, e non può agire; dopo la mozione, è completa, ma diviene nella sua entità determinata ad una sola singolare azione, incapace di non farla, o di farne altra, per cui non vi può essere da parte della creatura nè elezione, nè liberta.’

Secundum nos, gratia sufficiens et efficax, secundum virtutem intrinsece non differunt sed ex libero arbitrio, PROXIME habetur quod gratia sufficiens sit efficax, licet libertas nullam virtutem tribuat gratiae sufficienti, quae sufficit tum ad actum 1m, tum ad actum 2m, sed libertas utitur virtute gratiae sufficientis ut possit dare efficaciam connexionis in actu secundo. REMOTE hoc habetur ex scientia Dei et praedestinatione.

Praedeterminatio physica est influxus physicus voluntatis divinae in voluntatem humanam, quo haec determinatur ad unam numero actionem ita ut intrinsece repugnet, tum voluntatem non ponere actum ad quem praedeterminatur, tum voluntatem ponere actum quin ad illum physice praedeterminetur. P. 243 ss.; Palm. 440; Schiffini, 397 nota.

A. Aliis verbis, est motio indeclinabilis et irresistibilis, quae infallibiliter determinat actum secundum, tum quoad exercitium, tum quoad specificationem, tum quoad modum, modum scilicet libertatis.

Est *determinatio*, quia voluntas, tali gratia instructa, non potest actum illum non ponere.

Est praedeterminatio, quia datur ante (non tempore, sed natura et causalitate) consensum et ad ipsum consensum efficiendum.

Est *physica* (non tantum *moraliter*, quatenus Deus per cogitationes et affectiones indeliberatas voluntatem allicit) sed insuper et imprimis *physica*, quia effectum secundum producit ex virtute suae propriae entitatis, *ab intrinseco*, independenter a quacumque circumstantia vel consensu creaturae. P. 243 s. et auctores ibi citatos. Palmieri, p. 449 s.; Schiffini, p 397; V. Noort, n. 64.

B. Unde efficacia auxilii praevenientis gratiae et connexio eius infallibilis cum libera cooperatione liberi arbitrii tota fundatur et desumitur tamquam exprima radice, ex omnipotentia Dei atque ex absoluto et efficaci decreto Eius voluntatis. Haec efficacia decreti est extrinseca ipsi actui, sed ei correspondet efficacia intrinseca per praedeterminationem praevidiam in voluntate receptam; D. movet liberum arbitrium, praedeterminando illud ad unum tum exercitive, tum specificative.

C. Nec tamen praedeterminatio illa physica destruit libertatem a necessitate.

Quia etiam quando gratia efficax data est, voluntas potest resistere: *in sensu diviso* (scilicet retinet potentiam resistendi divisam ab ipso dissensu), sed huic potentiae repugnat actu agere, *non* tamen *in sensu composito* (scilicet non retinet potentiam resistendi coniunctam cum ipso dissensu). P. 245 ss.; V. Noort, 65.

Aliis verbis, praedeterminatio physica est motio divina qua Deus, antecederet ad quamcumque praevisionem electionis creatae cuiuscumque, applicat voluntatem ad hunc unum *determinatum actum* ponendum, manente quod voluntas non necessitatur ab objecto actus. Talis motio, si praedeterminat ad actum salutarem, est gratia efficax. Cf. V. Noort, 54.

Haec *gratia dfficax* intrinsece differt a *gratia sufficienti*. Haec dat id quo posse agere facultatis perficitur in ordine potentialitatis, sed ex natura sua incapax est ut facultatem ad actum ducat, et proinde, impossibile est in hoc systemate quod aliquis, sola gratia sufficienti instructus, actum salutare ponat. P. 229-242.

D. Hoc est primitivum systema quale a Bannesio, Lemos, Graveson, Goudin, Alvarez etc. tradebatur.

E. Praedeterminatio mitior traditur a Joanne Gonzalez de Alb. (v) eda, Bancel, Masoulié et inter modernos a Guillermin. (R. Thomiste, 1901-1902). Cf. Jansens p. 601. En eorum doctrina:

1. Gratia tum sufficiens, tum efficax sunt *motiones divinae ad actum secundum*;
2. Non repugnat quod motioni divinae voluntas humana resistat.
3. Gratia est efficax quando ita motio divina est temperata voluntati in concreto sumptae (congruitas in concreto), ut consensum voluntatis obtineat et omnem resistantiam vincat.
4. Gratia est mere sufficiens quando non nata est vincere obstacula in concreto existentia.

F. Adhuc mitigavit systema P. Marin-Sola. Arch. de Phil. 6 (571) 207; Cf. Rev. Thomiste, nov. 1925; mars 1926. En eius doctrina:

1. Motio divina ita a libero arbitrio pendet, ut *vel acceptari vel non acceptari* possit, sine interventu alius gratiae. Est *vere* sufficiens, et si resistitur est *mere* sufficiens.

2. Deus non praedeterminat ad materiale peccati nisi post *praevisam resistantiam voluntatis* gratiae sufficienti. Si autem gratiae sufficienti homo non resistit, gratia *intrinsece efficax* ei conceditur.

3. Deficientiam creaturae, quae ex nullo decreto infallibili sequitur, Deus certo cognoscit, videndo illam praesentem aeternitati suae.

NOTA: Multo probabilior.

PROBATUR 1 EX S.S.

Is. 5, 1 ss.; Mt. 11, 20 ss.

In his locis irrationabiliter reprehenduntur illi qui gratiae non obsecundarunt, si ipsis necessaria fuisset praedeterminatio physica quam non habuissent.

Ergo haec praedeterminatio non erat necessaria.

Ergo ... Palmieri, 453 ss.; Ber. n. 535 ss.

Nec dicatur ab homine pendere ut haec praedeterminatio praebatur, nempe a modo quo utitur gratia sufficiente nam, iuxta adversarios, absolute repugnat ut cum sola gratia sufficiente, sine praedeterminatione aliquem actum salutarem ponat.

Cf. 2 Cor. 6, 1; Apc. 3, 20; Mt. 23, 37; Eccl. 15, 14.

2 EX CONC.:

(a) Trid. et Vat. Dz. 979, 798, 804, 813, 814, 1791.

In his locis, Concilia videntur docere gratiam illam quae de facto est efficax, per resistantiam humanae voluntatis potuisse reddi inefficacem.

Atqui si ita est, efficacia gratiae nequit explicari per praedeterminationem physicam.

Ergo.

Responsiones adversariorum: P. 252 ss.; Ber. 540 ss.

(b) Dz. 804.

3 EX RATIONE:

Data praedeterminatione, iuxta adversarios, non-actus voluntatis metaphysice repugnat; deficiente vero praedeterminatione, actus voluntatis metaphysice repugnat.

Atqui talis praedeterminatio destruit conceptum libertatis humanae et gratiae *vere* sufficientis.

Ergo non est admittenda.

P. 257 ss., DTC, Grâce, 1667 ss.; Pohle, 23? ss. P. 238.

SCHOLION: De doctrina Sti Thomae, P. 263 ss.; Beraza, 547 ss; d'Alès Prov. et lib. arb., 187 ss.; DTC Providence, c. 461; Jansens, 9. 560-576; De San: De Deo Uno: 1. 545-746.

DIFFICULTATES: 3.364; Lahousse, 443.

TESSERA: 'C'est là, lisons-nous dans un écrit du temps, c'est là une opinion par trop dure et, si on y réfléchit, elle peut facilement faire tomber dans le désespoir. Aussi dans la prédication, n'est-il guère possible de l'exposer et de l'expliquer au peuple; vice essentiel, à mon sens, et raison décisive pour qu'elle ne soit pas enseignée dans les écoles.'

'Ce professeur avait raison – Raison n'est fâcheux pour une doctrine philosophique comme de ne pouvoir se présenter dépouillée des oripeaux de l'école sans être repoussée par le bon sens. Ainsi quel est l'homme qui ne répondrait bien vite au prédéterministe; 'Je n'ai pas eu le choix de ma détermination, donc je n'ai pas été libre, je ne suis pas responsable de mon acte.'

Thesis 17

**EFFICACIA GRATIAE NON VIDETUR EXPLICANDA PER
PRAEDETERMINATIONEM MORALEM.**

P. 271 ss.; W. 365 ss.; Mazz. 629 ss.; Ber. 365 ss.; Pohle, p. 248 ss.; DTC Augustinianisme.

PRAEDETERMINATIO MORALIS est, non motio physica, sed attractio indeclinabilis, seu, ut aiunt Augustinienses, delectatio victrix, cui voluntas resistere non potest, et qua determinatur ad unum eligendum.

Est *moralis*, non hoc sensu quod not sit absolute certa, sed hoc sensu quod influit potius attrahendo, ad modum causae finalis, vel inclinando, ad modum causae formalis, quam impellendo, ad modum causae efficientis.

Augustinenses statuunt, cum Jansenistis, nos semper moveri a delectatione, sive coelesti, sive terrestri, qua voluntas infallibiliter vincitur; sed non admittunt, ut Jansenistae, illam esse ita victricem ut pereat liberum arbitrium.

Iuxta enim JANSENISTAS ET BAIANOS,

(1) Datur duplex delectatio: carnalis vel coelestis, quae servat libertatem a necessitate extrinseca, seu a coactione, sed non a necessitate intrinseca, D. 817; 1040; 1092-1095.

(2) Omnis gratia est delectatio victrix seu caritas; Dz. 1394 ss.

(3) Delectatio illa coelestis quae causat actum voluntatis bonum aliquando est sufficiens, aliquando non: 1296, 1523.

EN PRAECIPUA PUNCTA theoriae Augustinensium.

(1) Gratia efficax est delectatio victrix, seu inspiratio caritatis *superans* contrariam cupiditatem (Rigidiores, v.g. Noris, Berti, Bellelli).

Mitiores (Ysambert, Tornely, etc.) non negant alios affectus, v.g. timorem etc., in quantum a quodam sancto amore procedunt, ad gratiam efficacem pertinere posse.

(2) Haec gratia est efficax ab intrinseco, hoc sensu, quod ex seipsa, et antequam consideretur libera electio voluntatis, consensum infallibiliter determinant, immo irresistibiliter.

(3) Haec praedeterminatio est necessaria in statu naturae lapsae, non autem fuisset in statu naturae sive purae, sive integrae, sive elevatae et innocentis.

(4) Gratia efficax habet gradus ita ut eadem delectatio in uno possit esse efficax cum in altero sit mere sufficiens; est scilicet efficax comparative tantum seu relative non absolute.

DTC. Augustianisme, 2487 ss., 2492; Maxx. 633 ss.

MITIORES negant efficaciam gratiae consistere in sola maiore intensitate delectationis, sed etiam in varietate et electione gratiarum. 'Infallibilis huius praemotionis moralis efficacia repetitur, non ex eius entitate physica per se sumpta, sed magis ex eius perfecta adaptatione et contemperatione ad hanc voluntatem, seu ex eius *congruitate interna*. Dico, interna, ea scilicet quae consensum huius voluntatis sua virtute certissime efficit, ita ut Deus nulla praesupposita scientia media, in ipso decreto dandi hanc gratiam huic homini, eius efficaciam in actu secundo infallibiliter videat.' V. Noort, n. 73.

NOTA: Contra Jansenistas: De Fide. Cf. 1093, 1094, 1095.

Contra Rigidores catholicas [?], videtur Certa.

Contra Midores, Probabilior.

PROBATUR: P. 272.

(1) Praedeterminatio illa moralis, vel componi potest, vel non cum dissensu voluntatis;

Atqui si potest, non habetur infallibilitas connexionis, quae explicanda est.

Si non potest, perire videtur libertas, ut in systemate praedeterminationis physicae;

Ergo ... P. 272.

(2) Praeterea, non explicatur gratia quae sit vere sufficiens. P. 275. Si enim homo caret maiori delectatione indeliberata, caret gratia vere sufficienti.

(3) Contra rigidos: Falsum est hominem

(a) in omni actione moveri formali delectatione, vel

(b) eum semper sequi maiorem delectationem indeliberatam. P. 273-75.

SCHOLION 1. De systemate S. Alph. de Ligorio, seu Sorbonico, seu syncretistico.

Hermann: De Grat., p. 337 ss.; Jansens, p. 656 ss.;

Van Noort, 73 ss.; DTC Sugustianisme, 2498 ss.

SCHOLION 2. De systemate Scotistarum. P. 2. 284 ss.; Ber., 571.

SCHOLION 3. De doctrina S. Aug. P. 276-80.

DTC. Aug. 2389, 2491, 2376. Bellarm: Auctarium, p. 41 note; Pelland:

Utrum S. Prosper Aquitanus So. Aug., suo magistro in quaestionibus de Praedest.

et voluntate Dei salvifica fidelis fuerit necne; d'Alès. Boyer etc., Le Bachelet:

Prédestination et grâce, passim.

DIFFICULTATES: W. 364, 366, 370 ss.

TESSERA: ‘Une chose apparaît avec évidence: l’expression “prédetermination” n’est pas une catégorie du vocabulaire de S. Th. Il n’en aurait aimé ni le préfix “prae” – car le mode de la science divine, comme celui de la causalité divine, est l’éternité, le présent de l’éternité – ni le mot “determinatio,” du moins en ce qui concerne les actes libres – car le mot est étranger à l’ordre de la liberté et relève bien plutôt du cycle des réalités de la nature.’ (Congar, O.P.: Rev. des Sdc. Phil. et Théol, 1934, p. 370).

Thesis 18

EFFICACIA GRATIAE EO EXPLICATUR, QUOD DEUS DAT HOMINI
TALEM GRATIAM, QUALEM SCIT ESSE CONGRUUM, UT HOMO LIBERE
CONSENTIAT.

Suarez: De Grat. l. 5; Tract. de vera intelligentia auxilii efficacis. – Bellarminus: De grat. et lib. arb., l. 1, c. 12; Auctarium; p. 280 ss.; Billot, th. 11; Pohle, p. 255 s.; Le Bachelet: Prédestination et grâce.

EFFICACIA GRATIAE, i.e. infallibilitas nexus inter gratiam consideratam in actu primo et consensum liberae voluntatis.

Non agitur de *efficacia virtutis*, quae est ex ipsa entitate gratiae, nec de *efficacia connexionis*, quae de facto habetur ex consensu voluntatis (efficacia quoad eventum), sed de *efficacia infallibilitatis*, ea nempe quae ab aeternitate praescita est habitura efficaciam in actu secundo.

EFFICACIA GRATIAE:

virtutis (ab intrinseco) = ex gratia in sua entitate physica.

connexionis (ab extrinseco) = ex libertate.

consequens: (de facto, in actu secundo)

antecedens: (de iure, in actu primo)

cognoscitiva: ex scientia Dei.

affectiva: ex praedestinatione Dei.

obiectiva: seu connexionis, seu infallibilitatis, ex congruitate, scientia, libertate.

EO EXPLICATUR QUOD DEUS DAT HOMINI TALEM GRATIAM,
QUALEM SCIT ESSE CONGRUAM.

‘Deus enim , antequam decrevit hanc gratiam dare, ab aeterno scivit quid homo acturus esset si hanc gratiam acciperet. Dein ex pura misericordia vel caritate statuit huic homini dare hanc gratiam, et absolute praevideit hominem cum gratia consensurum esse. Infallibilis est autem scientia et praedestinatio Dei. Ergo antequam homo salutariter agat, infallibiliter certum est liberum consensum secuturum esse.’ P. Comp. 295.

GRATIA CONGRUA in signo priori ad consensum futurum, ea est quae non solum tribuit homini virtutem salutariter agendi, sed etiam est eius rationi et studio accomodata, ita ut consensus sit futurus propterea quod homo vocatur eo modo, quando et ubi congruum est ut libere consentiat.

In *signo posteriori* ad futurum consensum, gratia congrua ea est quae infallibiliter annexum habet consensum. Congruitas igitur non inest gratiae per se sumptae, sed includit aliquam respectum ad dispositionem et inclinationem hominis agentis; neque habetur ex eo solo quod homo sit consensusus, sed ex eo quod Deus talem confert gratiam cui praevideit hominem esse consensurum.

N.B. – A. NON DICIMUS efficaciam gratiae constitui:

(1) ex consensu voluntatis, hoc sensu quod a voluntate humana obveniat aut accrescat gratiae, efficacia virtutis;

(2) aut ex eo quod de facto voluntas consentiat, quod est efficacia connexionis quoad eventum.

B. SED DICIMUS:

(1) Non a consensu nostro *virtutem accidere* gratiae, sed a gratia voluntatem accipere virtutem consentiendi, quamquam voluntas retinet potentiam non consentiendi; actualitas, realitas, energia virtus omnis est a gratia non a liberatate.

(2) Efficaciam gratiae a voluntate Dei pendere, quatenus Deus elegerit dare voluntati non quodcumque auxilium etiam prorsus sufficiens, sed illud quod sciebat non reiectum iri (auxilium congruum).

(3) Gratiam efficacem, *in concreto*, semper maiorem esse in ratione beneficii quam gratiam sufficientem, quatenus inter alia dona excellit, utpote descendens a praedestinatione illa, a proposito illo, ab electione illa qua quibusdam Deus praeparat effusionem omnium divitiarum misericordiae suae.

(4) *In abstracto*, nempe in sua entitate nude inspecta, gratia efficax posset esse simpliciter minor quam gratia sufficiens; *in concreto* autem maior,

inspecta nempe intentione divina et convenientia sua ad hanc voluntatem, hic et nunc, movendam. P. 282.

Haec gratia efficax dicitur efficax *ab extrinseco*, non *ab intrinseco*. Cf. theses 16 et 17.

Gratia efficax ab intrinseco ex natura sua CONSENSUM VOLUNTATIS ad unum determinat.

Secundum nos, *gratia efficax* non est talis *ex natura sua*, quia voluntas posset dissentire (utpote non ad unum determinata, etsi de facto non dissentiet). Et proinde non potest dici efficax sine consideratione alicuius rei ab ipsa distinctae, *ei extrinsecae*, quamquam cum ea infallibiliter connexae, nempe voluntatis liberae, ac sic dicitur secundum nos efficax *ab extrinseco*.

Iuxta nos enim gratia efficax a gratia sufficienti non differt in entitate physica intrinseca auxilii, sed solum differt per denominationem extrinsecam, utpote a Deo data sub praescientia et proposito absoluto consensus obtinendi. P. 260.

‘Nous avons parlé de grâces égales en *elles-mêmes*, et non de grâces de la part de Dieu; ce qui est tout différent, car il est évident que si l’on considère l’égalité des grâces, non plus dans leur entité propre qui est la même, mais dans le choix que Dieu [?] fait pour ces 2 hommes, avec le prescience que l’un la laissera perdre et que l’autre la fera fructifier, il y a pour celui-ci de la part de Dieu un don bien plus grand, une faveur de choix.’ de Scorraile. Suarez, 1. p. 376. Cf. de la Taille: RSR, 1923, p. 20 note.

NOTA: Probabilior.

PROBATUR: EFFICACIA GRATIAE eo systemate melius explicatur quod SOLUM:

(1) QUOAD LIBERTATEM

Servat rationem libertatis humanae;

(2) QUOAD VERAM SUFFICIENTIAM GRATIAE:

Servat rationem verae sufficientiae in gratia *mere* sufficienti, qualis nobis innotescit ex fontibus revelationis;

(3) QUOAD INFALLIBILITATEM CONNEXIONIS:

Dat rationem sufficientem infallibilitatis connexionis inter gratiam in actu primo spectatam et consensum voluntatis liberae; (R. 1427, 1573, 1574);

(4) QUOAD RATIONEM BENEFICII:

Servat rationem specialis beneficii in gratia efficaci prae gratia sufficienti; (R. 1740, 1830, 1948, 1985, 2033);

(5) QUOAD DOMINIUM PRIMAE CAUSAE, SCILICET DEI:

Servat plenum eius dominium circa actus liberos;

(6) QUOAD MYSTERIUM:

Relinquit mysterium ubi naturale est, in Deo scilicet;

(7) QUOAD CONTRADICTORIA:

Nulla contradictoria docet, et haec omnia distributive et collective praestat.

Atqui systema secundum quod Deus dat homini talem gratiam, qualem scit esse congruam ut homo libere consentiat est solum quod haec omnia distributive et collective praestat.

Ergo ...

MAIOR: stat ex eo quod omnia haec explicationem rationabilem invenire debent, quae tamen intellectum non quietant. ‘Altiora te ne quaesieris, plurima enim supra sensum hominum ostensa sunt tibi’ (Eccli. 3.22 ss.).

MINOR:

(1) QUOAD LIBERTATEM:

Ab omnibus admittitur.

(2) QUOAD VERAM SUFFICIENTIAM GRATIAE:

Ex eo quod *efficacia intrinseca virtutis* eadem est in gratia efficaci et sufficienti; proindeque etsi gratia sufficiens sit inefficax, in se tamen, ex natura sua, ab intrinseco est vere sufficiens, secundum proprietatem verborum, tribuens nempe sufficientiam ad operandum, ita ut defectus operationis non ex eius insufficientia virtutis proveniat, sed ex libera voluntatis resistentia, non autem verbotenus tantum vere sufficiens. 3 CG 159: Ad huius ...

(3) QUOAD INFALLIBILITATEM CONNEXIONIS:

Non enim videtur requiri infallibilitas *causalitatis* ab intrinseco, sed sufficere videtur infallibilitas *ab extrinseco*. Cum enim Deus in scientia sua viderit tale auxilium, optime temperatum huic voluntati, ab hac libere voluntate non respui, et elegerit talem ordinem providentiae, iam omnino certum evadit ante consensum voluntatis, ex hoc ipso quod talis gratia datur, voluntatem huic gratiae esse consensuram. 3.1.3.4 m. = Praedestinatio praesupponit praescientiam futurorum.

(4) QUOAD RATIONEM BENEFICII:

Quatenus descendit ab electione illa qua Deus effusionem omnium divitiarum misericordiae suae quibusdam praeparat.

(5) QUOAD DOMINIUM PRIMAE CAUSAE SCILICET DEI:

Siquidem agnoscit absolutam subordinationem causae secundae ad primam, licet voluntas moveat se, determinet se, quin determinetur ad unum a causa prima. Billot (1), p. 29: Concludendum ..., p. 32: In agente autem ...; DTC Grâce, 1665.

(6) QUOAD MYSTERIUM:

Ultero fatemur nos non posse mysterium sed saltem non fingimus nova mysteria non revelata. Eccli. 3.22; Rom. 11.33.

(7) QUOAD CONTRADICGORIA:

Nulla, ut patet, docet systema expositum.

SCHOLION

De essentia molinismi et de eius diversis expositionibus in secundariis. P. 299 ss.; DTC. Congru??? et Molinisme; Bellarmin: Grâce; Lessius; Concours, Liberté – De Scorraille; Suarez I, p. 355 s.; 467 ss.; II, p. 246 ss.; Coudarc; Bellarmin; Van Sull; Leonard Lessius DA: Providence. Thomisme.

DIFFICULTATES: P. 285-288; P. Comp. 296; W. 381 ss.

TESSERA: Regula decima quinta ad sentiendum cum Ecclesia:

‘Non debemus loqui multum de praedestinatione per modum consuetudinis; sed si aliquo modo et interdum sermo de illa habebitur, ita habeatur, ut plebs non veniat in errorem aliquem, ut quandoque solet, dicendo: si debeo salvari vel damnari iam determinatum est, et propter mea bona vel mala opera, iam non potest aliud evenire; et inde torpescunt negligunt opera, quae conducunt ad salutem, et profectum spirituales animarum suarum.’

E. DE DISTRIBUTIONE GRATIAE

Thesis 19

DEUS NEMINI GRATIAM SUFFICIENTEM DENEGAT, NEQUE FIDELIBUS, SIVE IUSTIS (1a p.), SIVE PECCATORIBUS ETIAM INDURATIS (2a p.); NEQUE INFIDELIBUS NEGATIVIS, AD SALUTEM ASSEQENDAM.

S.Th., 1-2, 112, 3, 4; Suarez: De Grat. l. 4, cc. 7-19; Bellarm.: De grat. et arb. l. 2, cc. 1-9; P. 291-305; W. 345 ss.; Mazz., 782 s.; Pohle, 167 ss.; DTC: Grâce, 1595 s.; Ber.; DA: Salut des infidèles; DTC: Infidèles (Salut des); Billot: De personali et originali peccato, p. 90 ss.; A. du C.: 1925. 360 ss.; 1929, 831 ss.; 1933.

ADULTES: qui potest distinguere inter bonum et malum morale. (Abstrahendo, a determinatione temporis quo homo aliquis statum illum attingit.)

IN THESI: agitur de solis adultis, et quidem reduplicative sumptis; unde non agitur
 - de iis qui nondum rationem adepti sunt;
 - aut de iis qui rationem amiserunt post peccatum commissum;
 - aut de iis qui moriuntur dum peccant.

GRATIA SUFFICIENS:

PECCATOR COMMUNIS est ille qui omnem Dei timorem non penitus excussit.

EXCAECATIO consistit in subtractione divinae illustrationis et in positiva iudicii perversione.

Excaecati salutaria non intelligunt vel non apprehendunt et perverse de rebus ad salutem spectantibus iudicent.

Iam in excaecatione includitur aliqua obduratio sed obduratio sequitur excaecationem; quod enim excaecatio est in intellectu et iudicio, hoc obduratio est in voluntate et affectu.

OBDURATIO consistit in firma et obstinata adhaesione affectus ad aliquod malum, propter speciem quandam boni; qua fit ut neque externis monitis, neque internis inspirationibus, neque flagellis, neque promissis dimoveri possit, sed velut saxum se ad omnia obduret et impenetrabilem praestet, nisi maiore quadam vi divinitus impellatur. (Cf. Lessius: De Perf. div. l. 13, c. 14, nn. 76-83). (Sed saepe saepius hae voces indiscriminatum adhibentur.)

PECCATOR INDURATUS (obcaecatus, obduratus, obstinatus) est ille qui habet obstinationem in peccato. (De Ver. 24.11).

OBSTINATIO importat aliquam firmitatem in peccato per quam aliquis a peccato reverti non possit. 1-2, 79, 3.

PERFECTA: in damnatis.

IMPERFECTA: qua scilicet habet aliquis ita firmitam voluntatem in peccato, ut non surgant motus ad bonum nisi debiles; inde conversio redditur valde difficilis. Causae huius obstinationis sunt:

(a) positiva interna: ipse peccator qui ex consuetudine malos habitus contraxit, obdurationem nempe voluntatis et obcaecationem intellectus, propter perversionem iudicii ortam ex impetu passionum. V.g. Sap. 11. 16-27.

(b) positiva externa: diabolus eiusque adiutores; (causa occasionalis et moralis)

(c) externa, negativa et permissiva: Deus per subtractionem abundantioris gratiae actualis. 1-2, 79, 3. v.g. Rom 1.28; R. 1830.

Sed praecipua causa est ipse peccator *tum efficienter, tum meritorie*.

Dicimus quod quilibet peccator sive communis, sive induratus, si post peccatum aliquo tempore rationis compos vivat, gratiam sive proxime, sive remote sufficientem a Deo aliquando i.e. suo tempore recipiet, ut a peccato resurgere possit et nova peccata vitare. Dummodo quis vivat post pecc., iam habetur signum misericordiae divinae.

PROXIME SUFFICIENS: i.e. sufficiens ad hunc determinatum actum salutarem ponendum.

REMOTE SUFFICIENS: i.e. non sufficiens ad hunc determinatum actum salutarem ponendum, sed ad alios actus quibus disponitur homo, vel impetrat proxime sufficientem.

Licet non semper habeat peccator gratiam qua *hic et nunc* iustificationem consequi possit, habet tamen gratiam qua possit *orare* et se ad iustificationem disponere. DTC: Grâce, 1600.

INFIDELIS: Tres classes distingui possunt:

POSITIVI sunt ii qui fidei sufficienter propositae adhaerere recusant,
 vel (1) quia ab ea exciderunt per apostasiam,
 vel (2) quia eam amplecti noluerunt.

IN THESI, non agitur de positivis; quidquid enim de peccatoribus dicetur, eis potest applicari.

NEGATIVI (3) sunt ii quibus fides vel nullo modo, vel modo insufficienti proposita est.

DICIMUS Deum tali infideli dare gratias sufficientes ut possit pervenire ad fidem supernaturalem, (Dz. 1173), et per fidem ad iustificationem perveniet.

AGITUR in thesi *de facto non de modo collationis gratiae*.

ADVERSARIJ:

Lutherus et Calvinus tenent omnibus etiam iustis, deesse auxilium necessarium ad praecepta Dei adimplenda. DEz. 776, 817.

Jansenistae. Dz. 1092, 1096, 1295.

Pauci catholici putaverunt Deum aliquando denegare gratiam vere sufficientem peccatoribus induratis: Banez, Ledesma, Gonet.

NOTA:

Contra Protestantas et Jansenistas: De Fiode Def. Dz. 828, 1092.

Quoad peccatores induratos: Certa et communis.

Quoad infideles negativos: Certa et communis.

Quoad peccatores communes: Theologice certa.

PROBATUR 1a .: QUOAD IUSTOS

N.B. – Argumentum valet etiam pro iustis extra Ecclesiam catholicam, licet abundantior fons gratiarum sit in Ecclesia.

1. Ex S.S.:

Deus non denegat iustis gratiam sufficientem ad salutem consequendam, si iustus potest omnia peccato mortalia vitare;

Atqui iustus potest omnia peccata mortaliz vitare.

Ergo ...

MAIOR: evidens.

MINOR: probatur: 1 Cor 10.13; 1 Io 5.3-6; Mt 11.25-30; Ps 16.1; Rom 5.8-10; 8; 8.24.

2. EX DOC. ECCL.:

(a) Deus iustificatos non deserit nisi ab eis prius deseratur. Dz. 804, 808, 1794, 979, 980.

(b) Deus impossibilia non iubet: Dz. 200, 804, 828, 1092, 1519.

(c) Omnes perseverare possunt, si volunt: Vide th. 9.

3. EX PP.:

(a) Deus impossibilia non iubet v.g. R. 1220, 1795.

(b) Omnes iusti perseverare possunt si volunt v.g. R. 1177, 1945, 1955 s.

(c) Deus nunquam deserit hominem, nisi prius ab illo deseratur; v.g. R. 1792, 1889, 1954, 1960, 2026, 2029, 2227, 2232, 2255. Cf. R. Index Theologicus no. 310, 318, 344.

4. RATIONE:

In iusto tollitur deordinatio illa, qua peccator incapax fiebat omnia peccata mortalia vitandi. 1-2.109.4 et 8.

5. CONFIRMATUR experientia qua scimus plures sanctos nunquam mortaliter peccasse.

6. PROBAVIMUS existere gratiam vere sufficientem; sed si non daretur saltem iustis, quibusnam daretur?

PROBATUR 2a p.: QUOAD PECCATORES ETIAM INDURATOS.

A. QUOAD PECCATORES COMMUNES.

1. EX S.S.:

Deus vult: (a) salutem omnium hominum, et

(b) conversionem omnium peccatorum;

Atqui ad salutem hominum et conversionem peccatorum, gratia Dei est absolute necessaria;

Ergo Deus peccatori etiam indurato non denegat gratiam.

MAIOR: (a) 1 Tim. 2, 4 ss.; Mt. 11.28.

(b) Ezech. 33, 7-16; 18, 23, 30; Sap. 11, 24 ss. et c. sequens; Lc. 5, 32; Lc. 15 (prodigus); Is. 1.18; 65.2; Prov. 1. 23 ss.; Act. 7.51; Rom 2.4 ss.; 2 Pet. 3.9.

2. EX DOC. ECCL.:

(a) Ecclesia obligat fideles peccatores ut singulis annis recipiant sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae. Dz. 43, 167, 437, 1033.

(b) 200; 319; 430; 507; 827 ss.; 839, 894, 897-899 (Contritio perfecta), 911.

3. EX LITURGIA:

(a) Missae Votivae: (ad tollendum schisma, pro remissione peccatorum, ad postulandam gratiam bene moriendi).

(b) In Credo: 'Qui propter nos et propter nostram salutem' descendit ...

(c) In litaniiis:

(1) Deus cui proprium est misereri semper et parcere.

(2) Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende.

(d) Innumerabiles sunt orationes Ecclesiae in quibus recurritur ad misericordiam divinam.

(e) Ex quasi omnibus officiis in Missali et Breviario, tempore Quadragesimali et Adventus, etc.

4. EX PP.: R. 1155, 1220, 1405, 1795, 1830, 2097, 2227, 2232.

5. EX TT.:

- (a) Libertas adiuta gratia semper redire potest ad amicitiam D.;
- (b) Nullum est peccatum irremissibile. P. 297 ss.; Comp. 270. S. Th. 3.86.1; De Ver. 24.11.

6. EX RATIONE:

Omnis fidelis tenetur servare mandata Dei et vivere iuxta fidem suam; omni peccatori incumbit obligatio conversionis; omnibus suis fidelibus Ecclesia imponit praeceptum recipiendi, singulis annis, sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae.

Atqui haec omnia impossibilia sunt ei cui Deus denegaret gratiam.

Ergo ...

B. – QUOAD PECCATORES INDURATOS IN SPECIALI.

Deus eis dat gratias sufficientes, nam:

- (a) Nullum peccatum nec ullus numerus peccatorum de quibus homo nequeat veniam obtinere.1 (3.86.1)
- (b) In S.S. et PP. misericordia Dei describitur ut se extendens usque ad extremas miseras. R. 1220, 1405, 1830, 2097, 2932. Deus cui proprium est misereri semper et parcere.
- (c) Deus vult conversionem omnium indiscriminatim peccatorum.
- (d) Deus invitat omnes peccatores ad poenitentiam.
- (e) Deus invitat etiam obstinatos ad poenitentiam aut impenitentiam morum redarguit.
- (f) Obduratio non immittitur a Deo nisi ut praecedentis peccati poena et haec poena est semper medicinalis. R. 1830, 1907; Vide Skrinjar in Biblica: 1930, 291-321; 426-449; 1932, 27-48.
- (g) Deus dat tot occasiones conversionis, tot auxilia externa, ut nequeat in dubium revocare quin eodem tempore etiam det excitationes internas ad conversionem sufficientes. R. 1830, 1907.
- (h) N.B. EVITER DE DIRE: il y a pour chaque individu un nombre déterminé de péchés, au delà duquel Dieu n'accordera plus de grâces.

PROBATUR 3a p.: QUOAD INFIDELES NEGATIVOS.

(1) EX S.S.:

(a) Deus nihil odit eorum quae fecit (Sap. 11.24 s.) et vult omnes salvos fieri (1 Tim. 2.4); cf. 1 Tim. 4.10).

Sapientia omnes vocat (Prov. 1.20; 8.1); Christus est propitiatio pro peccato totius mundi (1 Io 2.2), lux mundi (Io 1.9; 8.12); Rom. 11.32; 2 Cor. 5.15; Ps. 18.7.

Atqui haec omnia vix consisterent nisi valerent etiam de infidelibus negativis qui magnam partem mundi constituunt. (1.000,000,000)

Ergo etiam infidelibus negativis Deus non denegat gratiam.

(b) Ex toto Evangelico Lucae, cuius scipus est ostendere quod salus offertur omnibus Gentilibus et non tt. Iudaeis.

(c) Ex ipistolis Pauli, Apostoli Gentium: salus non est pro solis Iudaeis sed etiam et pro Gentilibus.

(2) EX DOC. ECCL.:

Dz. 1068, 1096, 1294 s.; 1376-9, 1521 s., 1648, 1677, 1793, 3026 (160a et b).

Encyclica: Annum sacrum (1899) AAS 31.646 ss. (649)

Mortalium animos. AAS. 1928. 5 ss.

Miserentissimus Redemptor. AAS. 1928. 165 ss.

Devotio et Consecratio ad SS. Cor Iesu.

(3) EX LITURGIA:

V.g. Orationes feriae 6ae Maj. Hebd.; Missa pro fidei propagatione; Missa contra paganos.

(4) EX PP.: v.g.

R. 12, 389, 622, 1053, 1158, 1202, 1211, 1279, 1313, 1343, 1366, 1461, 1539, 1791, 1968, 1986, 2020, 2030, 2046 s., 2227, 2286, 2358/

Si aliquando negare videntur, tunc agunt de gratia abundante et efficaci sicut v.g. Auctor de Vocat. Gent. l. 2, v. 25, ubi distinguit inter benignitatem generalem et misericordiam specialem. (PL 51. 710 ss.)

(5) EX TT.: 1-2.89.6; De Verit. 14.11.1m; 18.3; S. l. 4, c. 18; P. 302 ss.

(6) EX RATIONE:

Sapientiae divinae conforme videtur ut omnes omnino homines eleventur ad ordinem supernaturalem;

Atqui Deus sibi debet non denegare gratiam sufficientem ad fidem et salutem iis quos elevat ad ordinem supernaturalem et qui fidei sunt capaces.

Ergo etiam infidelibus negativis Deus non denegat gratiam sufficientem ad salutem. P. 304 s.

SCHOLION 1. – DE BONA FIDE.

Il ne peut y avoir aucune raison de douter de la bonne foi de ceux dont la position nous semble la plus illogique, ceci bien entendu généralement parlant. Puisque je suis sur ce sujet je me sens obligé d'ajouter mon témoignage à celui du Cardinal Manning et de beaucoup d'autres: je crois que la grande majorité des anglicans sont de la plus absolue bonne foi, ou si vous voulez, qu'ils sont dans l'ignorance la plus inconcevable (Cf. Dom Bede ????: De l'anglicanisme au Monochisme). – Comment n'en irait-il pas de même des luthériens, des calvinistes et des orthodoxes grec, pour des raisons analogues. (Pinard de la Boulaye. Etudes, 209, 642)

Une pauvre femme turque, baisant les mains du franciscain qui avait guéri son fils, lui dit avec larmes: 'Père je prierai de tt. coeur Allah pour que vous vous convertissiez et que devenu musulman, vous veniez en paradis.' (Rev. Thom., 1905. 663)

SCHOLION 2. DE INAEQUALITATE GRATIARUM.

N.B. – Nulla acceptio personarum apud Deum, hoc sensu quod nemini Deus denegat gratiam sufficientem ad salutem; qua non obstante, negari nequit quod Deus aliquibus dat plures gratias quam quae sunt absolute sufficientes.

(a) Ex S.s.: Mt. 11.21; 10.14; Rom 12.3 ss.; 9.25 ss.; 1 Cor 12.11; Eccli. 11.23.

(b) Ex PP.: v.g. R.1456, 1495, 1821, 1925, 1984, 1995, 2028, 2277.

(c) Ex vita sanctorum.

(d) Experientia.

?? HUIUS INAEQUALITATIS:

Prima gratia: ex beneplacito divino.

Gratiae subsequentes:

(1) a cooperatione hominis. ‘Nemo scit quantam perfectionem acquireret si semper gratiae cooperaret’ (S. Ign.);

(2) A fervore in Ecclesia;

(3) Praesertim, ex Deo beneplacito.

Sed remanet mysterium, quis nullae regulae a priori dari possunt: ‘O altitudo.’

SCHOLION 3. Quomodo peccatores provocantur ad conversionem. Lege Mazz., 794-79.

SCHOLION 4. Theoriae de modo quo infideles ad fidem pervenire possunt. P. 304; DTC: Salut des infideles 1600 ss.

(a) Theoria praedicationis.

(b) Theoria observationis legis naturalis qua ad iustificationem pe...irent.

(c) Theoria gratiae supernaturalis quoad modum.

(d) Theoria fidei implicitae et internae illuminationis.

SCHOLION 5. De natura gratiae qua infideles ad salutem vocantur. Varias theoriae.

DIFFICULTATES: W. 348 ss.; 352 ss.; Mazzella, 828 ss.; Ber. 421 ss.; 446 ss.

TESSERA

‘Au premier regard, la différence entre deux hommes appelés de la même manière, et dont l’un répond à l’appel lorsque l’autre y résiste, semblerait résider uniquement dans leur acte libre. Augustin porte la question plus haut et plus loin, avant l’instant où l’homme fait usage de sa liberté.

Il établit que l'acte de foi lui-même est un don de Dieu. Celui qui correspond de fait à l'appel divin peut n'avoir pas reçu plus de secours, il a certainement reçu plus de bienfait et partant plus de grâce: et même en un sens plus de secours puisqu'il l'a reçu au moment opportun. Un appel rendu efficace par la correspondance effective de l'homme est une plus grande faveur que le même appel non suivi d'effet par la résistance de la volonté libre.

Or la raison dernière de cette prédilection divine, appelant tel homme au moment où Dieu prévoit qu'il suivra l'appel, ne saurait consister dans l'acte même de l'homme, ni dans la prévision de cet acte. C'est le MYSTERE DE LA DISTRIBUTION DES GRACES que Dieu, en vertu de sa prescience, sait devoir être efficace pour l'un et inefficace pour l'autre: mystère qui arrache à S. Paul cette exclamation: O altitudo.

(Prat: S. Paul I. 299.)